(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Biblioteca Valenciana
31000005306268
(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

XVII
626

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# MORIAE ENCOMIVM,

*nunc poſtremum ab ipſo autore reli-
gioſe recognitum, doctiſſimiq;
Gerardi Liſtrij commen
tarijs illuſtratum.*

Eucharius Ceruicornus excudebat,

Anno M. D. XXVI.

Gavides prot Reg.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# GERARDVS LISTRIVS RHENENSIS IOHANNI Paludano, inclytæ Louanienſium Academiæ publico rhetori, S.D.

EQVIDEM *non in infima felicitatis meæ parte duco doctiſsime* Paludane, *quod mihi contigit cum* Eraſmo *domeſticā conſuetudinem menſes aliquot agitare.* Tanta *eſt hominis integritas, comitas, feſtiuitas: nam eruditionem quid attinet prædicare, tot ipſius editis libris uel orbi teſtatiſsimam?* Is me*cum de nullo mortalium colloqui conſueuit uel crebrius, uel amantius, uel honorificentius, quàm de ſuo* Paluda*no, nec ego de quoquam audiebam libentius.* Deum im*mortalem, quo ore, qua facundia ſolet ille referre tuam eruditionem, iudicium, multo rerum uſu collectam prudentiam, incredibile ſtudium erga doctrina præſtātes uiros, ſingularem ingenij candorem, ſummam uitæ comitatem, ciuilitatem miram, morum inauditam ſuauitatē, in amicitia fidem plus quàm* Pyladeam, *ut magis te perſpexerim illo te depingente, quàm cum* Louanij *publice profitentem audirem.* Hic *igitur inflammauit animum meum, licet antea quoq; flagrantē, ut aliquo xeniolo* Pa*ludanum mihi conciliarem: neq; defuit uotis noſtris occaſio.* Forte *fortuna parabatur ad excudendum* Eraſmi Morias *encomium, exiguus libellus, & quem ille, quod*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

compertiſſimũ habeo, pauculis diebus luſit magis quàm ſcripſit, ſed eiuſmodi profecto, ut dubites plus'ne adferat utilitatis, an uoluptatis. Itaque non ſine cauſa tantopere placuit, ut iam plus decies ſit excuſus typis. uerum ſunt in eo permulta, quæ non niſi ab eruditis & attentis poßint intelligi: partim ob Græcitatẽ paſſim admixtã, partim ob alluſiones & crebras et tacitas, partim ob argutiam in iocando, quam non facile ſentiat, niſi qui naris ſit emunctiſſimæ. Nihil enim ingenioſius, quàm erudite iocari. Proinde ſuffuratus aliquot horas ſtudijs meis, quæ Græcis & Hebraicis literis, præcipue uero rei medicæ ſolitus ſum impendere, ſcholijs in loco additis, Eraſmi mei Moriam illuſtraui. Magis placebit, ſi magis fuerit intellecta: & felicius exibit in manus hominũ, tui quoq; nominis auſpicio. Quare xeniolum hoc tibi dicatum, pro tuo candore libenter accipies, & in uno libello duos pariter agnoſces, Eraſmũ ueterem amicum, & Liſtrium quondam tuum ἀκροατὴν, nunc nouum amicitiæ tuæ candidatũ ſi non reijcis, nemini tuorum fide beneuolentiaq; ceſſurum. Bene uale.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

## ERASMVS ROTERODAMVS THOmæ Moro ſuo S. D.

SVPERIORIBVS diebꝰ cum me ex Italia in Angliam reciperem, ne totũ hoc tempus, quo equo fuit inſidendum, ἀμούσοις & illiteratis fabulis tereretur, malui mecũ aliquoties uel de cõmunibus ſtudiis noſtris aliquid agitare, uel amicorũ, quos hic ut doctiſſimos ita & ſuauiſſimos reliqueram, recordatione frui. Inter hos tu mihi More uel in primis occurrebas: cuius equidẽ abſentis abſens me mo-

*Μωρίας ἐγκώμιον, id eſt, Morias encomium. Μωρία ſtultitiã ſignificat, et ἐγκώμιον ſcriptũ aliquod in alicuius laudem cõpoſitum, ut Lucianus ſcripſit encomiũ Demoſthenis. Et laudatorium genus Græci uocãt encomiaſticũ. Et ἐγκωμιάζειν, eſt laudes alicuius oratione pſequi. Differt autem encomiũ ab hymno, ut ſcribit Hammonius. hymnus nanque eſt deorum, encomium autem hominũ. Ἀμούσοις) ἄμουσα uocantur inelegantia, parumq́; docta, uelut à Muſis aliena. Agitare.) Eſt aliquid in animo uol*

Μωρία. Εγκώμιον.

Hymnus.

ἄμουσα.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

moria non aliter frui ſolebam, quàm præſentis præſens conſuetudine conſueueram, q̄ diſperéam ſi quid unquã in uita contigit mellitius. Ergo quoniam omino aliquid agendum duxi, & id tempus ad ſeriam cõmentationem parum uidebatur accommodatum, uiſum eſt Moriæ encomion ludere. Quæ Pallas iſthuc tibi miſit in mentem? inquies. Primum admonuit me Mori cognomẽ tibi gẽtile, qđ tam ad Moriæ uocabulum accedit, quàm es ipſe à re alienus. Es autem uel omnium ſuffragiis alieniſ

Commentatio.

*uere.* Diſperéam.) *Deierãtis eſt, ſicut emoriar.* Horati. *Diſperéam ni optimum erat.* Cõmentationẽ.) *Cõmentatio eſt agitatio ingenij.* Quæ Pallas.) *Alluſit ad Homerũ qui ſubinde inducit Palladẽ, hoc aut illud in animum mittentem Vlyſſi aut Penelope, cum nõ apparet alioq cauſa cur illi hoc in mẽtem uenire debuerit, ut cũ alibi, tum Odyſſeæ* Φ. τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη, *Id eſt, Huic autem in mẽtem miſit dea Glauca Minerua.* Mori cognomen.) *Vulgo Maurum uocant Morum.* At Græcis μωρὸς *ſtultum ſignificat.* Gentile.) *Id eſt, gentilitium, hoc eſt proprium familiæ.* Demo-

*critum*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

niſſimus. Deinde ſuſpica=
bar hunc ingenii noſtri lu=
ſum tibi præcipue proba=
tum iri, propterea quod ſo
leas hui⁹ generis iocis, hoc
eſt, nec indoctis, ni fallor,
nec uſquequaque inſulſis,
impendio delectari, & omi
no in communi mortalium
uita Democritum quẽdam
agere. Quãquam tu quidẽ,
ut pro ſingulari quadam in
genii tui pſpicacitate, lon=
ge lateq; à uulgo diſſentire
ſoles, ita pro incredibili mo
rum ſuauitate facilitatéque
cum omnibus omnium ho
rarum hominem agere &
potes & gaudes. Hanc igi=
tur declamatiunculam non
ſolum lubens accipies, ceu
μνημόσυνον tui ſodalis, ue=
rum=

*critum quendã.)* Is *quicquid eẽt ĩ uita mortaliũ, ri debat.* Adeo *ſtul ta quædam res il li uidebatur uni uerſa noſtra ui ta.* Iuuenalis *Sa tyra.* IO. *Iám ne igitur laudas qđ de ſapientibus al ter* Ridebat, *quo ties à limine mo uerat unum* Pro *tuleratq; pedẽ.*

*Omnium ho rarum hominẽ.)* Tiberius *Cæſar apud* Suetonium *duos ſibi ĩ omni negotio iucundiſ ſimos & aptiſſi mos, omnium hõ rarum homines appellitabat etiã ĩ codicillis.* Rele*ge chili.* Eraſmi, *ſi ſup hoc plura ſcire cupis.*

*Nõ ſolũ.)*

Democri tus.

Tiberius.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rumetiam tuendam ſuſcipies, utpote tibi dicatam, iamq́; tuam non meam. Et enim non deerunt fortaſſe uitilitigatores, qui calũnientur, partim leuiores eſſe nugas q̃ ut theologum deceant, partim mordaciores quã ut Chriſtianæ cõueniant modeſtiæ, nosq́; clamitabũt ueterem comœdiam aut Lucianum quempiam re-

*Accipimus quocunq; modo: ſuſcipimus, quorũ curã recipimus. Accipimus. quæ admittimus & approbamus. ſuſcipimus onus.*

Mnemoſynon.

Μνημόσυνον *tui ſodalis.) Hemiſtichiũ eſt Catulli, ad qđ alluſit. Mnemoſynũ autẽ dicitur pignus, aut ſimile quippiam relictum apud amicum, quod illum noſtri cõmonefaciat.*

Vitilitigatores.

*Vitilitigatores.) Id eſt, obtrectatores et calumniatores, quos Cato nouato uerbo à uitio & morbo litigãdi, uitilitigatores appellabat, ut teſtatur Plinius in præfatione hiſtoriæ mundi, qui & Zoili, & Homeromaſtiges dicuntur.*

Vetus comœdia.

*Vetus comœdia, cuius inuentor fuit Suſarion Megarenſis, magna libertate, etiam nominatim quoſuis taxabat, donec lex lata uetuit cuiuſquam nomen perſtringi, atque ita nata eſt noua comœdia. Apud Latinos autem in locum ueteris comœdiæ ſucceſſit Satyra.*

Lucianus.

*Lucianum.) Lucianus rhetor Samoſatenſis, adeo dicax, ut nec dijs ipſis parceret, unde* ἄθεος, *id eſt impius, cognominatus eſt. Mor*

dicus

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

referre, atque omnia mordicus arripere. Verũ quos argumenti leuitas & ludicrum offendit, cogitent uelim, non meum hoc exemplũ eſſe, ſed idem iam olim à magnis autoribus factitatum. Cũ ante tot ſecula βατραχομυομαχίαν luſerit Homerus, Maro culicē & moretum, nucem Ouidiꝰ. Cũ Buſiridē laudarit Polycrates & huius caſtigator Iſocrates, iniuſtitiam Glauco, Therſiten & quartanam febrim

*dicus arripere.)* Mordicꝰ *aduerbiũ, quemadmodum apud Græcos* ὀδάξ, *id eſt, dētibus & morſu.* βατραχομυομαχίαν.) *Id eſt, bellum ranarum et murũ.* βάτραχος *enī rana dicit,* μῦς *mus, &* μάχη *pugna.* Extat *autem titulo* Homeri, *quanquā docti magis putāt eſſe compoſitum alicuius, faceta quadam* Homeri *imitatione.* Buſiridem.) *Hanc orationem carpit & corrigit* Iſocrates: *fuit autem tyrannus* Aegyptius, *quem interemit Hercules.* Polycrates.) *Rhetor Athenienſis, qui ſcripſit encomium* Buſiridis. Idem *compoſuit orationem, qua fuit accuſatus Socrates.* Iniuſtitiā Glauco.) Id *eſt apud Platonem de repu. libro. 2.* Therſiten & quartanam febrim.) *A. Gellius lib. 17. cap. 12. ſcribit* Fauorinum *philoſophum oppidoquàm libenter in eas materias*

Mordicus

Buſiris.

Polycrates.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

terias dicere ſolitum, quas Græci ἀδόξους καὶ ἀτόπους ὑποθέσεις, id eſt inopinatas & abſurdas materias appellant. Sicuti cum Therſitæ laudes quæſiuit, & febrim quartis diebus recurrentem laudauit. Therſitē autem Homerus Iliad. 2. ſic deſcribit:

Therſites.

Αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε·
φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω
κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχηκότε, αὐτὰρ ὕπερθεν
φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη,

Ideſt:

Ad Troiam uenit, quo non deformior alter,
Diſtortis oculis, claudus pede, dein humeri illi
Gibbi, pectore contracti, caput extat acutum
Raris conſperſum uillis.

**brim Fauorinus, caluitium Synesius, muſcam & paraſiticam Lucianus. Cum Seneca Claudii luſerit ἀποθέωσιν,**

Synesius.

Caluitiū Synesius.) Synesius patriam habuit Ptolemaida Pentapolī. episcopus fuit, q inter multa alia ſcripſit encomium caluitij, quod opuſculum plenum ingenij & eruditionis adhuc extat. Luſerit apotheoſin) Luſerit, id ē, iocoſe deſcripſerit, quo pacto Claudius imperator Caligulæ auunculus, qui Neronem præceſſit, referri uoluerit ī numerum deorum. Grylli cū

Vlyſſe

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ὄνῃ, Plutarchus Grylli cum Vlyſſe dialogum, Lucian⁹ & Apuleius aſinum, & neſcio quis Grunii Corocottæ porcelli teſtamētum, cuius & diuus meminit Hieronymus. Proinde ſi uidebit, fingant iſti me latrunculis ĩterim animi cauſa luſiſſe, aut ſi malint, equitaſſe in arundine longa. Nam quæ

Vlyſſe dialogū.) Gryllus Græcus ueneficijs Circes uerſus in ſuē, diſputat cum Vlyſſe, aſſerens brutorum animātium conditionem feliciorē eſſe humana. Extat inter opa Plutarchi.

Gryllus.

Grunnij Corocottæ.) Eſt iocoſum argumentum de porco condente teſtamentū. Cuius meminit diuus Hieronymus ĩ quadam præfatione cōmentariorum in Iſaiam. Latrunculis.) Latrūculorum ludus eſt ille, qui uulgo dicitur Schacorum, de quo Martialis in Apophoretis: Inſidioſorum ſi ludis bella latronum, Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. Ouidius itē: Siue latrocinij ſub imagine calculus ibit, Fac pereat uitreo miles ab hoſte tuus. Animi cauſa.) Animi gratia dicimur facere, quod non ad utilitatem, ſed ad oblectationem facimus. Equitaſſe in arundine long.) Alluſum ad carmen illud Horatianum: Ludere par impar, equitare in arūdine longa. Sic enim ſignificat ludos pueriles et ineptos.

Latrūculi.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quæ tandem eſt iniquitas, cũ omni uitæ inſtituto ſuos luſus cõcedamus, ſtudiis nullũ omino luſum permittere, maxie ſi nugæ ſeria ducant, atq; ita tractent ludicra, ut ex his aliquanto pl⁹ frugis referat lector nõ omino naris obeſæ, quã ex quorundã tetricis ac ſplendidis argumẽtis? ueluti cũ alius diu conſarcinata oratione, rhetoricen aut philoſophiam laudat, alius principis alicuius laudes deſcribit, alius ad bellum aduerſus Turcas mouendum ad horta

*ineptos.* Obeſæ naris.) Id eſt, *craſſæ, dicuntur qui nullo ſunt iudicio.* Horati. in odis: Nec firmo *iuueni, neq; naris obeſæ.* e diuerſo, *emũctæ naris apud eundẽ dicitur, qui acri ẽ iudicio.* Conſarcinata.) Id eſt, *undique collecta, quam Græci* ῥαψῳδίαν ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν, *quod ẽ ſuere. cuiuſmodi opera Græci uocãt* κέντρωνας,

ῥαψῳδία

Centones.

*Latini abiecto* ρ, *cẽtones. Tacite autem notat eos, qui nõ ſuo Marte, ſed hinc atq; hinc emendicatis uerbis & ſententiolis componunt orationem.* Philoſophiam.) *Huiuſmodi orationes ſolennes habentur in auſpicandis ſtudijs, ad oſtentationẽ ingenij magis q̃ utilitatem.* Principis alicuius.) *Nam in his plerunq; plurimum eſt adulationis, minimum fructus.* Aduerſus Turcas.) *Cõplures hu-*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

hortatur. Alius futura prædicit, aliꝰ nouas de lana caprina comminiſcitur quæſtiunculas. Vt eñ nihil nugacius quã ſeria nugatorie tractare, ita nihil feſtiuiꝰ q̃ ita tractare nugas, ut nihil minus quàm nugatus fuiſſe uidearis. De me quidẽ aliorũ erit iudicium: tametſi, niſi plane me fallit φιλαυτία, ſtultitiã laudauimꝰ, ſed non om̃ino ſtulte. Iam uero ut de mordacitatis cauillati

*res hmõi orationib. conati ſunt prouocare prĩcipes ad bellum, ut ſub illius prætextu q̃maxĩa pecuniæ uis exhauriretur, cum magis expediat exhortari Chriſtianos ad bellũ capeſſendũ aduerſus uitia. Alius futura prædicit.) Notat aſtrologos προγνώσας, uaniſſimũ & peſtilentiſſimum hominum genus. Alius nouas de lana caprina &c.) Veluti de conceptione deiparæ uirginis, de poteſtate pontificis, de præcellentia Petri & Pauli, & ſimilibus, in quibus plurimum eſt contentionis & rixarũ, nihil autem pietatis. De lana caprina prouerbialiter dictum eſt, pro eo quod eſt, de re nihili. Horatius in epiſtolis: Alter rixatur de lana ſæpe caprina. Cõſine aũt eſt illi Demoſthenis: περὶ ὄνου σκιᾶς, id eſt, de aſini umbra. φιλαυτία.) Id eſt, amor ſui. φίλος amicus, & αὐτὸς ipſe. Hunc Horatius in Odis uocat cæcum, & in*

Aſtrologi.

φιλαυτία

ſer-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

uillatione reſpõdeam, ſem per hæc ingeniis libertas p miſſa fuit, ut in communẽ hominũ uitã ſalibus luderent impune, modo ne licentia exiret in rabiẽ. Quo magis admiror huius temporis aurium delicias, quæ nihil iam ferè niſi ſolennes titulos ferre poſſunt. Porro nonnullos adeo præpoſtere religioſos uideas, ut uel grauiſſima ĩ Chriſtum cõuitia ferant citius, q̃ põtificem aut principẽ leuiſſimo ioco aſpergi, p̃ſertim ſi quid πρὸς τὰ ἄλφιτα attinet. At enim, qui uitas hominum ita taxat, ut nemi- nem

*Sermonibus ſtultum et improbũ.* *Salibus luderent.) Sales dicteria ſalſa dicũtur. Lucan. Nec ſoliti luſere ſales.*

Sales.

*Solẽnes titulos.) Solẽnes uocat iã ueluti cõſuetudine receptos, quã reges uocamus ĩuictiſsimos et ſereniſſimos, cardinales reuerendiſſimos, pontifices ſanctiſſimos, epiſcopos reuerẽdos, abbates uenerabiles, atque item de cæteris.*

*Videas, ut.)* ὑπαλλαγή, *aut* ἑτέρωσις: *ponitur enim ſecunda perſona pro quauis pſona, & eſt modus potẽtialis.* *Aſpergi.) Id eſt, leuiter contaminari.* *Si quid* πρὸς τὰ ἄλφιτα.) *Hoc loco uerba Latina, quæ in limine marginali fuerant aſcripta, neſcio quis retulerat in contextũ. Eſt autem*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*autē dictū hoc apud Ariſtophanē in Nebulis:* τί δ᾽ἐμ᾽ ὠφελήσουσ᾽ οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τὰ ἄλφιτα, *Id ē, quid autem mihi proderunt numeri ad farinas? Farina uiuimus, unde quod ad cibum ac uictum attinet, ad farinas pertinere dicitur, quod uulgo dicunt de pane lucrando.*

*A ſtulti-*

nem omnino perſtringat noīatim, quæſo utrum is mordere uidetur, an docere potius ac monere? Alioqui quot obſecro nominibus ipſe me taxo? Præterea qui nullum hominum gen⁹ ꝑtermittit, is nulli homini, uitiis omnibus iratus uidetur. Ergo ſi quis extiterit, qui ſeſe læſum clamabit, is aut conſcientiā prodet ſuam, aut certe metum. Luſit hoc in genere multo liberius ac mordaci⁹ diuus Hieronymus, ne nominibus quidē aliquoties parcēs. Nos præterquam quod à noībus in totum abſtinemus, ita præterea ſtylū tēperauimus, ut cordatus lector facile ſit intellecturus, nos uoluptatem magis q̃ morſum quæſiſſe. Neque enim ad Iuuenalis exemplū, occultam illam ſcelerum ſentinam uſquam mouimus, & ridenda magis q̃ fœda recēſere

ſtu-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtuduimus. Tũ ſi quis eſt, quem nec iſta placare poſſunt, is ſaltem illud meminerit, pulchrum eſſe à ſtultitia uituperari, quã cum loquentem fecerimus, decoro perſonæ ſeruiendum fuit. Sed ꝗd ego hæc tibi patrono tam ſingulari, ut cauſas

*A ſtultitia uituperari.)* Nullus igitur, opinor, erit tam iniquus ut, ſi quid dictũ uidebitur in principes, aut ſacerdotes, aut alios, offendatur: cum non taxentur ulli niſi leniter, & iucunde magis quàm acriter. Nec ipſum hominum genus notatur, ſed qui in bonorum genere mali ſunt. Poſtremo cum ſtultitiæ perſonam loquentem fecerit, non conueniet imaginari perſonam autoris id dicere, quod ſub perſona Moriæ dictũ eſt: non hercle magis, quàm ſi quis diabolum faciat diſputantem cum Michaële de corpore Moyſi, quemadmodum eſt in apocryphis, quicquid diabolus dixerit, hoc ex autoris perſona dictum uideatur: Aut ſi quis Phalaridem loquentem inducat, ſenſiſſe uideatur quicquid Phalaridem loquentem fecerit.

Decorum. πρέπον. *Decoro perſonæ ſeruiendum fuit.)* Decorum, quod Græci πρέπον uocant, ſitum eſt in dignitate rerum & ſermonum: cuius præcipua ratio habetur in tragœdijs, comœdijs, & dialogis. *Quid ego hæc tibi.)* ἀποσιώπησις eſt.

Patronus. *Patrono tam ſingulari.)* Patronus hic ſignificat aduocatũ cauſarum: nam aliquando refer-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſas etiam nõ optimas, optime tamen tueri poſſis? Vale diſertiſſ. More, & Moriam tuam gnauiter defẽde. Ex rure, quinto Idus Iunias. Anno. M.D.VIII.

*do refertur ad libertum. Eſt autẽ Thomas Morus præter egregiã optimarum literarum cognitionem, inter Britãnicarum legum profeſſores præcipui nominis.*

*Præfationis finis.*

## ΜΩΡΊΑΣ ἘΓΚΏΜΙΟΝ,

*Id eſt,*

## STVLTITIAE LAVS,

Eraſmi Roterodami declamatio.

STVLTITIA LOQVITVR:

VTcũque de me uulgo mortales loquuntur, neq; enim ſum neſcia, quã male audiat ſtultitia

*DECLAmatio.) Apte uocauit declamationem, ut intelligas rẽ exercendi ingenij*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*cauſa ſcriptam, ad luſum ac uoluptatem.* Porro Moriam *fingit ueterũ more, ceu deam quandam ſuas laudes narrantẽ, idq́; decore, ꝙ hoc ſtultis peculiare ſit, ſeipſos admirari, deq́; ſeipſis glorioſe prædicare.* Tamen hanc eſſe.) *Hanc, δεικτικῶς accipiẽdũ, ut ſeipſam digito oſtendat.* Frontem exporrexiſt.) Frontem exporrigimus, *cum hilare ſcimus: contrà, mœſti frontẽ cõtrahimus. quære in chiliadib.* Eraſmi.

titia etiã apď ſtultiſſimos,
tamen hanc eſſe, hanc inq̃
eſſe unam, quæ meo numi
ne deos atq; homines exhi
laro, uel illud abunde ma-
gnum eſt argumentum, ꝙ
ſimulatq; in hunc cœtum
frequentiſſimum dictura prodii, ſic re-
pente omnium uultus noua quadam at
que inſolita hilaritate enituerũt, ſic ſub-
ito frontem exporrexiſtis,
ſic læto quodam & amabi-
li applauſiſtis riſu, ut mihi
profecto quotquot undiq;
præſentes intueor, pariter
deorum Homericorũ ne-
ctare non ſine nepenthe te
mu-

Deorum Homericorũ.) *Facete uocat* Homericos, *qui cũ nõ ſint ulli in rerum natura, tamen ab* Homero *finguntur eiuſmodi.*

Nepẽthes. Non *ſine nepenthe.)* Nepenthes *herba, cuius meminit* &c.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nit & Plinius. Apud Homerum Penelope huius ſucco addito poculis, diſcutit triſtitiam conuiuij. Vnde illud Odyſſeæ quarto:

ἔνθεν ἔπινον

νήπενθες τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων

Id eſt, Vnde bibebant

Iræ, nepenthes, omniſq; obliuia curæ.

Nam hanc uim habere traditur, & hinc nomen habet. Nam πένθος Græce, luctus eſt: ne, priuandi uim habet. Sunt qui putant eſſe bugloſſam, de qua Gale. ſcribit: ὅτι οἴνοις ἐμβαλλομένη εὐφροσύνης αἰτία γίνεται, Id eſt, quod uino immiſſa, lætitiæ cauſa fit. πένθος.

**mulenti eſſe uideamini, cũ antehac triſtes ac ſoliciti ſederitis, perinde quaſi nup è Trophonii ſpecu reuerſi. Cæterũ quemadmodũ fieri cõſueuit, ut cũ primũ ſol formoſum illud et aureum os terris oſtenderit, aut ubi poſt aſperam hyemem, nouum**

E Trophonij ſpecu.) Prouerbium eſt, de uehemẽter mœſtis ac ſolicitis. Nam olĩ ĩ Lebadia (ut Suidas ait) χρηστήριον ἦν ὃ καταβάσιον ἐκάλουν, Id eſt, oraculum erat, quod Catabaſion, id eſt deſcenſum, uocabant. Specus aũt erat Trophonij dictus, in quo putabant oracula reddi per dæmonem quempiam, unde macie confecti, ſqualidiq; redire conſue

Antrum Trophonij.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*conſueuerunt, ſi qui fuiſſent ingreſſi, qualia uulgo fere narrãt de ſpecu* Patritij *apud* Hybernos. *Qui plura de hoc cupit cognoſcere, legat* Eraſmi Chiliades. *Aſpirarit fauonijs.)* Fauonij *uenti ſunt uerni, ad quorũ flatũ ſoluitur gelu, et laxatur humus.* Horati. *Soluitur acris hyẽs grata uice ueris & fauoni.* Alluſit *ad carmẽ* Horatianum: *Lucẽ redde tuæ dux bone patriæ. Inſtar ueris enim, uultus ubi tuus Affulſit populo, gratior it dies, Et ſoles meliꝰ nitẽt. Sacris cõcionatorib.)* Obiter *taxat uulgus hoĩm, qui concionãtes in tẽplis, oſcitantes ac dormitantes audiunt, multi ne audiunt quidem,*

Fauonij.

uum uer blãdis aſpirarit fauoniis, ꝓtinus noua rebus omnibus facies, nouus color, ac plane iuuẽta quædã redeat, ita uobis me conſpecta, mox alius acceſſit uultus. Itaq; quod magni alioqui rhetores, uix longa diuq; meditata oratione poſſunt efficere, nempe ut moleſtas animi curas diſcutiant, id ego ſolo ſtatim aſpectu præſtiti. Quamobrem aũt hoc inſolito cultu prodierim hodie, iã audietis, ſi modo non grauabimini dicenti p̃bere aures, non eas ſane quas ſacris cõcionatoribus, ſed quas fori circulatori-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*dem, cum circũforaneos ac ſcurras miris modis auſcultent. Id uerũ eſſe facile fatebitur, qui nouerit Italiã, præſertim Romã & Venetiarum urbẽ.*

toribus, ſcurris, ac morionibus cõſueuiſtis arrigere, quasq; olim Midas ille noſter exhibuit Pani. Lubitũ eſt em̃ paulisper apud uos ſophiſtam agere, non quidẽ huius gñis, quod hodie nugas quaſdã anxias inculcat pueris, ac plusq̃ muliebrẽ rixandi pertinaciã tradit, ſed ueteres illos imitabor, q q̊ infamem ſophorũ appellationem uitarent, ſophiſtæ uocari maluerunt. Horum ſtudium erat, deorum ac fortium uirorũ laudes encomiis celebrare. Encomiũ igitur audietis non Herculis, neq; Solõis, ſed meũ

*Midas.) Nota ẽ fabula de Mida, qui Panẽ canentem Apollini prætulit. Alluſit autẽ ad prouerbium, Midæ aures.* Midas.

*Sophiſtã.) Olim ſophiſtæ dicebantur philoſophi & ſapientiæ profeſſores, deinde rhetores. Poſtremo abijt nomen in inuidiã, ut ſophiſtæ dicerẽtur, qui fictam quãdam ſapientiæ ſpeciẽ iactitarent.* Sophiſtæ

*Infamem.) Hoc ad Moriæ perſonam referendum eſt, apud quam uocari ſapientẽ contumelia eſt: ueluti apud aulicos, docti ſtulti uo*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

meum, ipſius, hoc eſt, Stultitiæ. Iã uero non huius facio ſapientes iſtos, qui ſtultiſſimũ & inſolentiſſimum eſſe prædicant, ſi quis ipſe laudibus ſe ferat. Sit ſane q̃ uolent ſtultũ, modo decorũ eſſe fateantur. Quid em̃ magis quadrat, quã ut ipſa Moria ſuarꝝ laudũ ſit buccinatrix, & αὐτὴ ἑαυτὴν αὐλῇ? Quis em̃ me melius exprimat q̃ ipſa me? Niſi ſi cui forte notior ſim, quã egomet ſum mihi. Quãquam ego hoc alioqui, nõ paulo etiam modeſtius arbitror, quàm id qđ optimatum ac ſapientum uulgus factitat, qui peruerſo quodã pudore uel rhetorem quenpiam pal-

*cantur, apud doctos uiciſſim aulici. Non huius facio.) Et hoc δεικτικῶς accipiendum, ut floccũ aut pilũ oſtendat. Modo decorum.) Decorũ uocat nõ ſimpliciter, qđ ꝑ ſe deceat, ſed qđ ſtultitiæ perſonã deceat, ueluti nõ eſt decorũ lenoni loq̃ de fide. Αὐτὴ ἑαυτὴν αὐλῇ.) Id eſt, ipſa ſui tibicina ſit. ꝓuerbiũ eſt, ubi qs ſeipſum factis cõmẽdat. Tametſi hic aliò detorſit, nẽpe ad eã quæ ſua iactat. Rhetorem quendam palponem.) Si quis audiat ſolennes iſtas orationes, quæ habentur in publico apud Romanos pontifices,*

*etæ & etores.*

*ttfices, apud reges, apud principes, mirum eſt qua fronte uel iſti ſic audeãt adulari, uel illi poſſint tã ineptas laudes audire. Nec dubito quin iſta moleſta ſint cordatis principib.*

palponem, uel poetam uaniloquũ ſubornare ſolent, eumq́ꝫ mercede conductũ, à quo ſuas laudes audiant, hoc eſt, mera mendacia: & tamen uerecũdus interim ille, pauonis in morem pẽnas tollit, criſtas erigit, cũ impudens aſſentator nihili hoĩem diis æquiparat, cũ abſolutũ oĩm uirtutum exemplar proponit, à quo ſciat ille ſe pluſq̃ δὶς διὰ πασῶν abeſſe: cũ corniculã alienis cõueſtit plumis: cum τ̃ αἰθίοπα λευκαίνει, deniqꝫ cũ ἐκ μυίας τὸν ἐλέφαντα ποιεῖ. Poſtre

*Verecundus ille.) Ironice dicit uerecũdũ, impudentiſſimũ ſignificans, qui talia poſſit audire.*

*Δὶς διὰ πασῶν.) Id ẽ, bis ꝑ oĩa. Ea eſt muſicorũ harmonia, quã uulgo duplicem octauam uocãt. Abijt autem ĩ prouerbiũ, quo maximũ ĩteruallũ ſignificamus. Vide Chiliades D. Eraſmi.*

*Cum τὸν αἰθίοπα λευκαίνει.) Id eſt, Aethiopem dealbat: eſt prouerbium de re impoſſibili. Verum hic eleganter detorſit ad id, quod is qui niger ẽ factis, hoc ẽ infamis, ut cãdidus laudatur, et alius pingitur q̃ eſt.* Ἐκ μυίας τὸν ἐλέφαντα ποιεῖ



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtremo ſequor tritũ illud uulgi prouerbiũ, quo dicitur is recte laudare ſeſe, cui nemo alius contigit laudator. Qanquam hic interim demiror mortaliũ, ingratitudinẽ dicam, an ſegnitiẽ, quorũ cũ omnes me ſtudioſe colant, meamq́ libenter ſentiãt beneficentiã, nemo tamen tot iam ſeculis extitit, qui grata oratione Stultitiæ laudes celebrarit, cum non defuerint, qui Buſirides, Phalarides, febres q̃rtanas, muſcas, caluitia, atq; id genus peſtes, accuratis magnaq́ & olei & ſõni iactura elucubratis laudibus uexerint. A me extemporariam quidẽ illam & illaboratam, ſed tanto ueriorem audietis orationẽ. Id quod nolim exiſtimetis ad ingenii oſtẽtationem eſſe confictum, quẽ admo-

*Id eſt, Ex muſca elephãtem facit. Adagium eſt, cũ qs rem nihili uerbis attollit.*

*Vulgi prouerbium.) Sic enim iocantur uulgo, ut cũ quis de ſe prædicat arrogantius, ut dicãt, Malos habet uicĩos, & ob id cogitur ſe laudare.*

*Phalarid.) Phalaridis apologiã ſcripſit Lucianus: De cæteris iam dictum eſt.*

*Olei & ſõni iact.) Quia uigilãt ad lucernam.*

ὀψι-

admodum uulgus oratorum facit. Nam ii (ſicuti noſtis) cum orationem totis triginta annis elaboratam, nonnunquã & alienã proferunt, tamen triduo ſibi qua ſi per luſum ſcriptam, aut etiam dictatã eſſe deierant. Mihi porrò ſemper gratiſſimum fuit, ὅττικεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ dicere. At ne quis iam à nobis expectet, ut iuxta uulgarium iſtorum rhetorum conſuetudinem, meipſam finitiõe explicẽ, porro ut diuidã multo minus. Nam utrũque ominis eſt in auſpicati, uel fine circumſcribere eam cuius numen tam late pateat, uel ſecare, i cuius cultum omne rerum genus ita conſentiat. Tametſi quorſum tandẽ attinet mei uelut umbram atque imaginem finitione repræſentare, cum ipſam me corã præſentes præſentẽ oculis intueamini?

*Ὅττικεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ) id eſt, Quicquid in linguam uenerit.* Prouerbium *ẽ, ſumptũ ex* Ae*ſchylo tragico poeta, citãte* Pla*tone.* Porro *ut diuidã.)* Allu*dit ad dialecti*-*cos, quibus mos eſt primũ definire quod aggrediuntur.*

Dialectici

Lar-

b v Sum

*Largitrix ἐάων.) Id eſt, bonorũ. alluſit huc ꝙ Homerus ſubinde uocat deos δωτῆρας ἐάων, id eſt, largitores bonorum.*

*Fronteq́ʒ, ꝙ aiũt) Relucet enĩ in uultu quoque ſtultitia aut ſapientia hoĩs. Minime mendax.) Ex ſermone enĩ potiſſimum colligitur animus hominis. ὥσπερ ἐν τῇ πορφύρᾳ πίθηκοι, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι obambulãt.) Id eſt, Et in purpura ſimiæ, et ĩ leonina pelle aſini. Nam ſimiæ uulgo haben*

*Diſsimula- a ſtulti- ia.*

*ſimiæ.*

Sum etenim uti uidetis, uera illa largitrix ἐάων, quam Latini Stultitiã, Græci μωρίαν appellant. Quanquam quid uel hoc opus erat dicere? quaſi nõ ipſo ex uultu fronteq́ʒ (quod aiunt) ſatis quæ ſim præ me feram, aut quaſi ſi quis me Mineruam, aut Sophiam eſſe contendat, non ſtatim ſolo poſſit obtutu coargui, etiam ſi nulla accedat oratio, minime mẽdax animi ſpeculũ. Nullus apud me fucis locus, nec aliud fronte ſimulo, aliud ĩ pectore premo. Sumq́ʒ mei undiqʒ ſimillima, adeo ut nec ii me diſſimulare poſſint, qui maxĩe Sapientiæ perſonam ac titulum ſibi uendicant, ὥσπερ ἐν τῇ πορφύρᾳ πίθηκοι, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι obambulãt. Quã

uis au

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*bentur in delicijs, & nõnunquam ad luſum purpura ueſtiuntur.* Eſt *autem* Græcum *prouerbium in eos, qui magnificam perſonã præ ſe gerunt, cum ſint nebulones.* Cui *ſimile eſt quod ſubtexitur,* In *exuuio leonis aſini.* Notus *eſt apologus de aſino, qui pelle leonis amictus, aliquandiu apud* Cumanos *habitus eſt pro leone, donec auricularum indicio deprehenſus, pœnas daret.*

uis autem ſedulo fingant, tamen alicunde prominentes auriculæ Midam produnt. Ingratum me Hercle & hoc hominum genus, qui cũ maxime ſint noſtræ factionis, tamẽ apud uulgum cognominis nr̃i ſic pudet, ut id paſſim aliis magni probri uice obiiciant. Proinde iſtos cum ſint μωρότατοι re, cæterum ſophi ac Thaletes uideri uelint, non ne iure optimo μωροσόφȣς illos appellabimus? Viſum eſt em̃ hac quoq; parte noſtri temporis rhetores imitari, q̃ plane deos eſſe ſeſe credunt, ſi hirudinũ ritu bilingues appare

*Cũ ſint μωρότατοι.) Id eſt, ſtultiſſimi.* Tha*letes) Is fuit unus è nũero ſeptẽ ſapientũ.* Μωροσόφȣς.) Di*ctio eſt cõpoſita, ex ſtulto & ſapiente, quaſi dicas ſtulte ſapientes.*

*Si hirudinum.) Has uulgo ſanguiſugas uocãt. Eſt autem huic* Hirudo.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tem huic animanti lingula biſulca, ut tradit Plinius*

*Emblemata.* *Affectata obſcuritas*

pareant, ac præclarum faci nus eſſe ducũt, latinis orationibus ſubĩde græculas aliq̃t uoculas, uelut emblemata ĩtertexere, etiã ſi nũc non erat his locus. Porro ſi deſunt exotica, è putribus chartis quatuor aut quinq; priſca uerba eruũt, quibus tenebras offũdant lectori, uidelicet, ut qui intelligũt, magis ac magis ſibi placeant: q non intelligunt, hoc ipſo magis admirent̃, q̃ minus intelligũt. Quandoquidem eſt ſane & hoc noſtratium uoluptatũ genus nõ inelegãs, quàm maxime peregrina maxime ſuſpicere. Qđ ſi qui paulo ſunt ambitioſiores, arrideãt tamẽ & applaudant, atq; aſini exẽplo, τὰ ὦτα κινῶσι, quo cæteris

*Emblemata.) Id eſt, ĩmiſſuras, id enĩ ſonat uox Græca. Significat aũt teſſellas, ex qbus pingunt in ope muſeaco, aut quibus uariant pauimẽta. Hiſpani ex ligno ſimilia cõficiunt ĩ mẽſis præcipue. Dicũtur aũt emblemata παρὰ τὸ ἐμβάλλειν, id ẽ ab iĳciẽdo. Si deſint exotica.) Id eſt, extraria, hoc ẽ, alienæ linguæ, puta græcæ aut Hebraicæ.*

*Noſtratium uoluptatũ.) Noſtratiũ. i. ſtultorũ ut Cicero dixit, uerba ueſtratia.*

τὰ ὦ-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

τὰ ὦτα κινῶσι.)Id eſt, aures moueant. Aſinus aures habet mobiles ac prælongas. Et uidetur ualere auriũ iudicio, cũ ſit ſtolidiſsimus. Alluſum eſt aũt ad ꝓuerbiũ Græcorum. καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα.)Id eſt, Et hæc quidem hæc. Verba ſunt ridicule dictu à ſeruo Carione ĩ Pluto Ariſtophanis. Idẽ ẽ aliquoties apud Platonẽ. Viri, quid addam.) Mos ẽ addere epithetõ aliqđ honorificũ, uiri fortiſſimi, aut uiri ſplẽdidiſſ. aut aliud ſimile. Porro hoc iocãdigenus ἀπροσδόκητον uocant, cũ aliud expectatur, aliud ſuccedit. Myſtas.) Myſtæ dicuntur initiati myſterijs alicuius numinis, unde & ſymmyſtæ dicuntur, ijſdẽ initiati ſacris. Dicuntur autem παρὰ τὸ μυέω, quod eſt initio, quod à μύω, quod eſt occulto arcana myſteriorũ, quæ nefas erat reuelare, dicitur. Sed quoniam.) Alluſit ad partes laudatorij generis, quod à natiuitate ſolet incipere. Muſis bene iuuantibus.) Alludit ad morẽ ſcriptorũ

ris probe intelligere uideãt. καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα. Nunc ad inſtitutum recurro. Nomẽ igitur habetis uiri. Quid addam epitheti? quid niſi ſtultiſſimi? Nam quo alio honeſtiore cognoïe myſtas ſuos compellet dea Stultitia? Sed quoniam nõ perinde multis notum eſt, quo genere ꝓgnata ſim, id iam Muſis bene iuuãtibus expo

Ortus, ſeu genus ſtultitiæ.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana).

Chaos.

πλοῦτος

ptorum, ut ſignificet rē fore poeticam ac fabuloſam. Chaos neque Orcus.) Ad hos ueluti antiquiſſ. deos Heſiodus refert omnium deorum genus in Theogonia. Sed πλοῦτος.) Id eſt, diuitiæ: quāquam ea uox apđ Græcos ſit maſculini generis, et numeri ſingular. Hūc ueluti deū inducit Ariſtophan. Heſiodo & Homero.) Nam apud utrunq; ſæpius ē hoc hemiſtichiū de Ioue, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. i. Pater hoīmq; deūq;

Dij

expōere conabor. Mihi uero neq; Chaos, neq; Orcus, neq; Saturnus, neque Iapetus, aut alius id genns obſoletorum ac putrium deorū quiſpiā pater fuit: ſed πλοῦτος ipē un⁹, uel inuitis Heſiodo & Homero, atq; ipſo adeo Ioue, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Cuius unius nutu, ut olim ita nūc quoq; ſacra ꝓphanaq́; oīa ſurſum ac deorſum miſcētur. Cuius arbitrio bella, paces, imperia, conſilia, iudicia, comitia, connubia, pacta, fœdera, leges, artes, ludicra, ſeria, iam ſpiritus me deficit: breuiter, publica priuataq́; omnia mortalium negotia adminiſtrantur. Citra cuius opem, totus ille poeticorū numinū populus, dicam audacius, ipſi quoque

dii

*Dij ſelecti.)* Nam priſci theologi gẽtilium, duodecim deos ſelectos, hoc eſt, ſummos habebãt ueluti primates in tanta deorum turba. οἰκόσιτοι.) ὁ οἶκος domus, σῖτον cibus. Vnde qui domi capiunt cibum, & de ſuo uiuunt, οἰκόσιτοι uocantur. Porro ſunt qui ob parſimoniam domi tenuiſſimo utãtur uictu, eoq́; libẽter foris pranſitãt. οἰκόσιτοι

**dii ſelecti, aut omnino nõ eſſẽt, aut certe οἰκόσιτοι ſane quàm frigide uictitarent. Quem quiſquis iratum habuerit, huic ne Pallas quidẽ ſatis auxilii tulerit. Contrà, quiſquis propitium, is uel ſummo Ioui cũ ſuo fulmine mandare laqueũ poſſit. τούτου πατρὸς εὔχομαι εἶναι. Atq; hic quidẽ me progenuit nõ è cerebro ſuo, quẽ admodũ tetricam illam ac toruam Palladẽ Iupiter, uerum ex Neotete nympha multo omnium uenuſtiſſima, pariter ac feſtiuiſſima. Neque rurſum id triſti illi illigatus coniugio, quomõ**

**faber**

*Ne Pallas quidẽ.)* Palladem potiſſimum noĩat, q̃ dea ſapientiæ, ſtultitiæ ſit ĩuiſa, uł q̃ illa ſtrenua ſit bellatrix, & patrem defẽderit aduerſus gigãtes. Pallas. τούτου πατρὸς εὔχομαι εἶναι.) Id ẽ Huius patris glorior eſſe. Hemiſtichium eſt ſolẽne apud Homerum.

Ex Neotete.) Id eſt, ex iuuẽtute: id enim ſonat græce Neotes. Innuit autem ex di

uitijs

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*uitijs & iuuentute naſci potiſſimũ ſtultitiam.* Faber *ille.) Vulcanum ſignificat ridiculum, & tamen ex matrimonio natũ, puta Iouis & Iunonis.* ἐν φιλότητι μιχθεὶς, Id *ẽ, ĩ amore mixtus. Eſt autẽ hemiſtichium ſolẽne apud Homerũ, quoties ſignificat furtiuũ cõcubitũ extra matrimoniũ.* Iã *capularis.) Capulares dicuntur ſenes decrepiti. talis aũt inducitur Plutus apud Ariſtophanẽ. Calidusq́; iuuenta.) Alluſit ad illud Horatianũ, Non ego hæc ferrem calidus iuuenta. Erratica Delo.) Hic natus fuit Apollo cum ſua ſorore, quorum beneficio*

faber ille claudus natus eſt, uerum quod nõ paulo ſuauius, ἐν φιλότητι μιχθεὶς, quẽadmodũ noſter ait Homerus. Genuit autẽ, ne quid erretis, nõ Ariſtophanicus ille Plutus, iam capularis, iam oculis captus, ſed quõdã ĩteger adhuc calidusq́; iuuenta, neque iuuenta ſolum, uerũ multo magis nectare, quod tum forte ĩ deorum conuiuio largius ac meracius hauſerat. Quod ſi locum quoq; natalem requiritis, quandoquidem id hodie uel inprimis ad nobilitatem intereſſe putãt, ꝗ loco primos edideris uagitus, ego nec in erratica Delo,

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lo, nec in undoſo mari, nec ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι ſum edita, ſed in ipſis inſulis Fortunatis, ubi ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα omnia proueniũt. In quibus neq; labor, neq; ſeniũ, neq; morbus eſt ullus, nec uſquam in agris aſphodelus, malua, ſquilla, lupinũ ue, aut faba, aut aliud hoc genus nugarum conſpicitur. Sed paſſim oculis ſimulq; naribus adblandiuntur

*ficio inſula prius fluitãs, cœpit immobilis eſſe.* Nec in *undoſo mari.)* Nã hĩc fingitur nata Venus. ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι.) Id eſt, In ſpecubus cauis. Eſt hoc carmen in .I. Odyſſ. lib. tum aliâs crebrũ apud Homerum. ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα. Id ẽ, Inſeminata & iarata, hoc ẽ citra ſationẽ, & citra arationem. Eſt aũt prouerbium, quoties utilitas contingit citra laborẽ. Eſtq; apud Lucianum ĩ paraſito, et itẽ ĩ rhetorũ præceptore, ſumptum ex Homeri Odyſſeæ libro nono:

Delus.

οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀρόωσιν,

Ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.

Id eſt: Neq; plantãt manibus plantam, neq; arant, ſed inſeminata & inarata omnia creſcũt. Aſphodelus, malua.) Hæc ſunt uilia, ac plebeis menſis apta, quæ Lucianus ſcripſit naſci in inſulis Fortunatis. Odit igitur hæc,



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Aſphodel9 ueluti ſobria, et tetricis apta. De aſphodelo et malua Heſiodus in opere, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι, οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ, Id eſt, Neque quàm in malua & aſphodelo magna utilitas. Lupini meminit Lucianus.

Moly. Moly.) Herbæ ſunt fabuloſæ. De moly meminit Homerus Odyſſeæ. 10. quod dicit Mercurium dediſſe Vlyſſi, ut à ueneficijs Circes tutus eſſet. Verſus Homeri ſunt:

Ὣς ἄρα φωνήσας, πόρε φάρμακον ἀργειφόντης,
Ἐκ γαίης ἐρύσας καί μοι φύσιν αὐτῷ ἔδειξεν
ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
μῶλυ δὲ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δέ τ᾽, ὀρύσσειν
ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Id eſt: Sic igitur dicens, dedit medicamen Mercurius,
Ex terra trahens & mihi naturã ipſius monſtrauit.
Radix quidem nigra erat, lacti autem ſimilis flos.
Moly autem ipſum uocant dei. difficile autem fodere
Viris mortalibus, dei autem omnia poſſunt.

**tur moly, panace, nepenthes, amarac⁹, ambroſia, lotus, roſa, uiola, hyacinthus, Adonidis hortuli. Atq; in his quidẽ nata deliciis, nequa**

Panace. Panace dicitur efficax aduerſus oẽs morbos. Vnde ut Plinius dicit, nomẽ habet: πᾶν oẽ, ἄκεσις medela, et ἀκέω medeor. Nepẽthes triſtitiã diſcutit ĩ cõuiuijs. Cætera nota

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ta ſunt.* Arriſi matri.)*Vulgo riſum tribuit ſtultis.* Al
*luſit aūt ad hoc, quod prima uox hoīs eſt ploratus.* Et ta
*men legimus quoſdā, natos ſtatim arriſiſſe matri, qd' ſi-*
*gnū putāt auſpicatiſſimū.* τῷ ὑπάτῳ κρονίωνι.) *Id eſt, Sūmo Ioui, quē Saturniū, hoc ē, Saturni filiū uocāt. eſt aūt hemiſtichiū Homericū.* Capram altricē.) *Iupiter ī Creta clā ē educatus lacte capræ, cuius cornu inter aſtra poſuit, nō ingratus alumnus.* Methe.) *Id ē, temulētia. Nā id græce* μέθη, *cui apte tribuit patrē bacchū uini autorē.*

quaq̄ à fletu ſum auſpicata
uitam, ſed protinus blāde
arriſi matri. Iam uero nō in
uideo τῷ ὑπάτῳ κρονίωνι ca-
pram altricē, cum me duæ
lepidiſſimæ nymphæ ſuis
aluerint mammis, Methe
Baccho ꝓgenita, & Apæ-
dia Panos filia. Quas hic q̊
ꝗ in cæterarum comitum
ac pediſequarum mearum
cōſortio uidetis. Quarum
mehercle noīa, ſi uoletis co
gnoſcere, ex me quidē nō
niſi græce audietis. Hæc ni
mirū quam ſublatis ſuper-
ciliis cōſpicamini, φιλαυτία
ē. Huic quam uelut arridē
ti-

Apædia.) *Id eſt, imperitia. Pan autē craſſus & agre
ſtis eſt iuxta fabulas.* φιλαυτία.) *Id eſt, Amor ſui.
Quanquam Græca uox fœminini generis eſt. Hanc ſub-*

Nutrices ſtultitiæ.

Comites Moriæ.

Methe.

Apædia.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tibus oculis, ac plaudẽtem manibs uidetis, κολακία nomen. Hæc ſemiſomnis ac dormitanti ſimilis, λήθη uocatur. Hæc cubito utroq; innitens, conſertisq; manibus, μισοπονία dicitur. Hæc roſeo reuincta ſerto, & undique delibuta unguentis, ἡδονή. Hæc lubricis & huc atq; illuc errãtibus luminibus, ἄνοια dicitur. Hæc nitida cute, probéq; ſaginato corpore, τρυφὴ nomẽ habet. Videtis et deos duos puellis admixtos, quorũ alterũ κῶμον uocant, alterũ νήγρετον ὕπνον. Huius inquã famulitii fidelibus auxiliis genus om̃e rerũ meæ ſubiicio ditioni, ipſis etiam imperans impatoribus. Genus, educationem, & comites audiſtis, Nunc, ne cui ſine cauſa

*latis ſupcilijs fecit ob arrogantiam.* κολακία.) Id ẽ, *adulatio, cuius eſt applaudere.* λήθη.) *Obliuio.*

μισοπονία) Id ẽ, *odium laborum, uitiũ cõtrarium induſtriæ, quã græci uocãt* φιλοπονίαν.

ἡδονή.) Id ẽ *uoluptas.* ἄνοια.) Id ẽ, *amẽtia.* τρυφή.) Id eſt, *delicia.*

Comus. κῶμον.) *Comum Græci deũ faciũt temulẽtiæ & intemperantiæ, ac iuueniliũ compotationũ.*

Diuini- νήγρετον ὕπνον. Id ẽ, *altiſſimũ*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſa uideat mihi deæ nomen uſurpare, quantis commoditatibus deos ſimul & homines afficiam, quámq; late meum pateat numen, arrectis auribus accipite. Etenim ſi non inſcite ſcripſit quidam, hoc demũ eſſe deum, iuuare mortales, & ſi merito in deorum ſenatum aſciti ſunt, qui uinum aut frumẽtum, aut unam aliquam huiuſmodi commoditatem mortalibus oſtenderunt, cur non ego iure, deorum omniũ ἄλφα dicar, habear'q;, quæ una om̃ibus largior om̃ia? Principio quid eſſe poteſt uita ipſa uel dulcius, uel p̃tioſius? At huius exordium cui tandem acceptum ferri conuenit, niſi mihi? Neq; enim aut ὀβριμοπάτρης haſta Palladis, aut νεφεληγερέτου Iouis

*ſimũ ſomnũ. Sic enĩ uocat Homerus ſomnũ, unde quis expergefieri non poſſit.*

tas Moriæ.

ἄλφα.) Idẽ, *alpha. Ita p̃ iocũ ſignificabãt primũ, q̃ literis olĩ notarẽt nũeros. Vnde illud, Ego ſum alpha & ω.*

Initium tæ deber ſtultitiæ.

ὀβριμοπάτρης.) Hoc epitheton Homerus tribuit Palladi, *q̃ fortẽ ac potentem habeat patrẽ Iouem. Eſt autẽ tetrica Pallas, maxĩe cũ uibrat haſtã.* Νεφεληγερέτου.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Id eſt, Nubium congregatoris: ſic enim ſubinde appellat Homerus Iouem* νεφεληγερέτα Ζεύς. *Aegis.) Eſt clypeus Iouis, ex pelle capræ altricis: hãc obtẽdit, cum ſæuit, cum amat. Titanicum.) Id eſt, toruum. Nam Titanes uocãtur antiquiſſimi deorũ. Porro ſenes tetrici, dicuntur* Τιτανώδεις, *id eſt, Titanicũ obtuẽtes, qui toruo truculentoq́; ſunt aſpectu.* παιδοποιεῖν.) παῖς *puer,* ποιεῖν *facere, hoc ẽ, liberis creãdis operam dare. Sic uerecunde uocant habere rẽ cum muliere.*

*Do-*

Titanes.

παιδοποιεῖν.

uis ægis hominum genus uel progignit, uel propagat. Verum ipſe deũ pater atq; hominum rex, qui totũ nutu tremefactat olympum, fulmen illud triſulcũ ponat oportet, & uultũ illum Titanicum, quo (cum lubet) deos omneis territat, planeq́; hiſtrionũ more, aliena ſumenda miſero perſona, ſiquando uelit id facere, quod nunquã non facit, hoc eſt παιδοποιεῖν. Iam uero Stoici ſe diis proximos autumant. At date mihi terq́; quaterq́;, aut ſi libet, ſexcenties ſtoicum, tamen huic quoq;, ſi nõ barba inſigne ſapientiæ, etiam ſi cum hircis cõmune, certe ſupercilium erit ponendum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dum, explicanda frons, ab iicienda dogmata illa adamantina, ineptiendũ ac delirandum aliquantiſper. In ſumma, me, me inquam, ſapiens ille accerſat oportet, ſi modo pater eſſe uelit. Et cur non apertius meo more uobiſcũ fabuler? Quæſo, nũ caput, num facies, nũ pectus, num manus, nũ auris, quæ partes honeſtæ putantur, progenerant deos aut hoĩes? Non opinor, imò ea pars adeo ſtulta, adeoq́ ridicula, ut nec noĩari citra riſum poſſit, humani generis eſt ꝓpagatrix. Is eſt ſacer ille fons, unde uitam hauriunt omnia uerius, quàm ille Pythagoricus quaternio. Age uero, q uir obſecro matrimonii capiſtro uelit p̄bere os, ſi quẽadmodum iſti ſapientes facere conſueuerunt, prius eius

*Dogmata.) Id ẽ, decreta: ſic enĩ uocãtur placita philoſophorũ. Adamantina uocat, q certiſſima habeantur.*

*Pythagoricus.) Alluſit ad carmẽ uulgatiſſimũ Pythagoræ:* ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παράδοντα τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως. i. *ꝑ aiæ noſtræ dantẽ quaternionẽ, fontẽ ꝑpetuæ naturæ.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eius uitæ incommoda ſecum perpenderit? aut quæ tandẽ mulier uirum admiſſura ſit, ſi partus periculoſos labores, ſi educationis moleſtiam, uel norit, uel cogitarit? Porro ſi cõiugiis debetis uitam, coniugium autem debetis ἀνοία pediſequæ, mihi nimirũ quid debeatis, intelligitis. Tum, quæ ſemel hæc experta denuo repetere uelit, niſi λήθης p̃ſens numen adfuerit? Neq; uero id Venus ip̃a uel reclamãte Lucretio unquã inſicias iuerit, ſine noſtri numinis acceſſione, ſuam uim mancam atq; irritã eſſe. Itaq; ex noſtro illo temulẽto ridiculoq; luſu, ꝓueniũt & ſupercilioſi philoſophi, ĩ quorum locum nunc ſucceſſere, quos uulgus monachos appellat, et purpurei reges, et pii ſacerdotes, & ter ſanctiſſimi põtifices. Poſtremo totus etiã ille deorum poeticoꝝ cœtus

*Reclamante Lucretio.) Nam is ĩ carmine ſuo tribuit Veneri rerum oĩm gignendarũ uim ac prĩcipatũ. Vulgus monachos.) Qđ olĩ apđ Hebræos erant filij ꝓphetarũ, quod apud Græcos et Indos philoſophi hoc apud Chriſtianos monachi uidentur eſſe.*

At ſa

tus

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tus adeo frequens, ut turbã uix iã ipſe capiat olympus, tametſi ſpatioſiſſim⁹. At ſane parũ ſit mihi uitæ ſeminarium ac fontem deberi, niſi quicquid in omni uita commodi eſt, id quoq; totũ oſtendero mei muneris eſſe. Quid autem uita hæc, num om̃ino uita uidetur appellanda, ſi uoluptatẽ detraxeris? Applauſiſtis. Equidem ſciebam neminem ueſtrum ita ſapere uel deſipere magis, imò ſapere potius, ut in hac eſſet ſentẽtia. Quanquã ne Stoici quidem iſti uoluptatẽ aſpernantur, tametſi ſedulo diſſimulant, milleq; conuitiis eam apud uulgus dilacerant, nimirũ ut deterritis aliis, ipſi prolixius fruantur. Sed dicant mihi p Iouem,

*At ſane parũ.) Oſtẽdit ſtultitia uitæ ĩitium ſibi deberi, nunc demõſtrat et oĩa uitæ cõmoda à ſe pficiſci. Applauſiſtis.) Innuit ſtultis ita maxime uideri uitã abſq; uulgaribus iſtis uoluptatib⁹ non eſſe expetendam. Vel deſipere potius.) Quanto cũ decoro perſonæ uariat correctiõem? Porro qd' alijs ẽ deſipe, id ẽ ſtultitiæ ſapere. Vt deterritis alijs.) Alluſit ad Philoxenũ ĩ pulpamẽtum naſi mucum emungere ſolitũ, ut alijs auerſantibus*

*Commoda uitæ ex ſtultitia.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*bus cibũ, ipſe ſolus ueſceretur.*

uem, quæ tandẽ uitæ pars eſt, non triſtis, non infeſtiua, non inuenuſta, nõ inſipida, non moleſta, niſi uoluptatẽ, id eſt ſtultitiæ condimentum adiũxeris? Cuius rei cum ſatis idoneus teſtis eſſe poſſit, ille nunq̃ ſatis laudatus Sophocles, cuius extat pulcherrimum illud de nobis elogium, ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος, tamẽ agerem omnem ſigillatim aperiamus. Principio quis neſcit primam hominis ætatẽ multo lætiſſimã, multoq́ꝫ omnibus gratiſſimam eſſe? Quid eſt enim illud in infantibus, quod ſic exoſculamur, ſic amplectimur, ſic fouemus, ut hoſtis etiam huic ætati ferat opem, niſi ſtultitiæ lenociniũ, qđ data opera prudẽs natura, recens natis adiunxit, ut aliquo uoluptatis uelut autora-

*Elogium, ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος.) Verſus eſt ſenarius Iãbicus.i. In nihil ſapiẽdo uita iucundiſſĩa. Ni fallor, uerba ſunt Aiacis, dolẽtis q̃ ab ĩſania reſipuerit. Eſt ſimilis fabella apud Horatium de quodã Argiuo expoſtulante cum amicis, q̃ illorum opera reſtitutus eſſet ab inſania.*

*Infantia ſtultitia.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ramento, & educantium labores delini re queant, & tuentium fauores eblandiantur? Deinde quæ ſuccedit huic adoleſcentia, quàm eſt apud omnes gratioſa? quàm candide fauent omnes? quàm ſtudioſe prouehunt? quàm officioſe porrigunt auxiliares manus? At unde quæſo iſta iuuentæ gratia? unde niſi ex me? Cuius beneficio quàmminimum ſapit, atque ob id quàmminime ringitur. Mentior, niſi mox ubi grandiores facti per rerum uſum ac diſciplinas, uirile quiddã ſapere cœpint, cõtinuo defloreſcit formæ nitor, lãgueſcit alacritas, frigeſcit lepos, labaſcit uigor. Quoq; longius à me ſubducit, hoc minus minusq; uiuit, donec ſuccedat τὸ χαλεπὸν γῆρας, id eſt moleſta ſenectus, nõ iam aliis modo, uerum etiam ſibimet inuiſa. Quæ quidẽ prorſum nulli mortalium foret tolerabilis, niſi rurſum tãtorum miſerta laborum dextra adeſſem, & quemadmodum

*Adoleſcentia.*

τὸ χαλεπὸν γῆρας.) *Id eſt, moleſta ſenectus. Nam id epitheti ſubinde tribuit illi Homerus.*

*Ali-*

dum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dum dii poetarum ſolent pereuntibus aliqua meta-morphoſi ſuccurrere, itidem ego quoq; iam capulo proximos denuo quoad licet, ad pueritiam reuocarem. Vnde non abs re uulgus eos παλιμπαῖδας appellare conſueuit. Porro ſi quis transformandi rationem requirat, ne id quidē celarim. Ad Lethes noſtræ fontem (nam ī inſulis Fortunatis oritur, ſiquidē apđ inferos tenuis modo riuulus labitur) eos ꝑduco, ut ſimulatq; illic lōga potarīt obliuia, paulatī dilutis anīmi curis, repubeſcant. At iſti iam delirant, inquiunt, iam deſipiunt. Eſto ſane. Sed iſthuc ipſum eſt repueraſcere. An uero aliud eſt puerꝝ eſſe quàm delirare, q̃

de

*Aliqua metamorphoſi.) Id ē, trāſformatione, ut Phaëtōtē ī cygnū, Alcyonē in auē trāſformāt. Iam capulo.) Id ē, morti. unde & capulares ſenes uocātur admodum defecti ætate. Capulus aūt ē loculus quo cadauera efferūtur. Παλίμπαιδας.) Id ē, iterū pueros, qđ ad pueritiā rediſſe uidētur. Notū eſt ꝓuerbiū, Bis pueri ſenes, ad qđ alluſit. Ad Lethes.) Quoniā paulo ſuperius lethen, id ē obliuionē, unā ex ſuis fecit pediſeqs. innuit au*

*Repueraſcentia.*

*Obliuio ſenilis.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

deſipere? An non hoc uel maxime in ea delectat ætate, quod nihil ſapit? Quis enim non ceu portentum oderit, atq; execretur puerum uirili ſapientia? Aſtipulatur & uulgo iactatum prouerbium, Odi puerulũ præcoci ſapientia. Quis autem ſuſtineret habere commercium aut cõſuetudinẽ cum eo ſene, qui ad tantam rerum experiẽtiam, parem animi uigorẽ, iudiciiq; acrimoniam adiunxiſſet? Itaq; delirat ſenex meo munere. Sed tamen delirus iſte meus interim miſeris illis curis uacat, quibus ſapiẽs ille diſtorquetur. Interim non illepidus ẽ compotor. Nõ ſentit uitæ tædiũ, quod robuſtior ætas uix tolerat. Nonnunquã cum ſene Plautino ad tres illas literas reuertitur, infeliciſſimus ſi ſapiat. At interim meo beneficio felix, in te

*it autẽ ſenes obliuioſos eſſe, & ob id iucũdius uiuere, q̃ multorũ uitæ malorũ nõ meminerit.* Odi puerulũ.) *Senarius ẽ ꝓuerbialis, et citatur ab* Apuleio, *in* Apologia *magiæ ſcđa.* Præcox *autem dicitur, qđ ante tempus matureſcit.*

Præcox.

Ad tres literas.) *Ita quidam ſenex apud* Plautum *ait, ſe tres di* di

terim amicis gratus, ne cõgerro quidem infeſtiuus. Quandoquidem & apud Homerum è Neſtoris ore fluit oratio melle dulcior, cum Achillis ſit amarulenta, & apud eũdem ſenes in mœnibus cõſidẽtes, τὴν λειριόεσσαν uocem edunt. Quo quidem calculo ipſam etiam ſuperãt pueritiam, ſuauem quidem illam, ſed infantem, ac præcipuo uitæ oblectamento, puta garrulitate carẽtem. Addite huc qđ pueris quoq; gaudeant impẽſius ſenes, ac pueri uiciſſim ſenibus delectãtur, ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Quid enim ĩter illos non conuenit, niſi ꝙ hic rugoſior, & plures numerat natales? Alioqui capillorũ albor, os edẽtulum, corporis

Garrula ſenectus.

*diciſſe literas: a, m, o: ſic enĩ inuit ſe cœpiſſe amare.* Melle dulcior.) *Sic enĩ ſcripſit Home. Ili. 1.* τὴν λειριόεσσαν.) *Id eſt, floridam. Sic enim ait Ilia. 3. de ſenibus ſedentibus,* ἑῶν σκαιῇσι πύλῃσι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. *i. Super læuas portas uocẽ floridã mittunt. Eſt aũt tacita alluſio ad* λῆρον, *quod nugas ſignificat. Minimum diſcrimen eſt inter* λῆρον *&* λείριον *i. inter nugas et florẽ.* ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ris modus minor, lactis ap petentia, balbuties, garruli tas, ineptia, obliuio, incogi tantia: breuiter omĩa cætera congruunt. Quoq; magis accedunt ad ſenectam, hoc propius ad pueritiæ ſimilitudinem redeunt, donec puerorũ ritu, citra uitæ tædiũ, citra mortis ſenſum emigrant è uita. Eat nunc qui uolet, & hoc meũ beneficiũ cum reliquorũ deorũ metamorphoſi cõparet. Qui quid irati faciãt, nõ libet cõmemorare: ſed quibus quàm maxime propitii ſunt, eos ſolent in arborem, in auem, in cicadam, aut etiam in ſerpentem trãſformare: quaſi uero non iſtud ipſum ſit perire, aliud fieri. Ego uero hominem eũdem optimæ ac feliciſſimæ uitæ parti reſtituo. Quod ſi mortales prorſus ab omĩ ſapientiæ cõmercio temperarent, ac perpetuo mecũ ætatem agerent, ne eſſet quidem ullum ſenium, uerum perpetua iuuenta fruerentur felices. An non uidetis tetricos

θεὸς ὥς τ̃ ὁμοῖ ορ.). i. ut ſemp ſimilẽ ducit deus ad ſimilem. Verſus ẽ Homericus ex Iliados. 5.

Xoi-

*Studia & occupationes ſenium accelerãt.*

iſtos

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

iſtos, & uel philoſophiæ ſtudiis, uel ſeri
is & arduis addictos negotiis, plerunq;
priuſquam plane iuuenes ſint, iam con-
ſenuiſſe, uidelicet curis, & aſſidua acriq;
cogitationũ agitatione, ſenſim ſpiritus
& ſuccum illum uitalem exhauriente?
Cũ cõtrà moriones mei pinguiculi ſint,
& nitidi, & bene curata cute, plane χοῖροι
(quod aiũt) ἀκαρνάνιοι, nun
quam profecto ſenectutis
incommodũ ullũ ſenſuri,
niſi nonnihil, ut fit, ſapien-
tũ cõtagio inficerent. Ad-
eo nihil patitur hominum
uita om̃i ex parte beatũ eſ-
ſe. Accedit ad hæc uulgati
prouerbii nõ leue teſtimo
niũ, quo dictitãt, Stultitiã
unam eſſe rem, quæ & iu-
uẽtam alioqui fugaciſſimã
remoret, & improbam ſe-
nectã procul arceat: ut non
temere de Brabantis popu
lari ſermone iactatũ ſit, cũ
cæ-

*χοῖροι ἀκαρ νάνιοι.*) Id ẽ porci Acarnanij, in delicatos ac nitidos dicebatur, fortaſſis q; ea regio piguiſſimos mitteret porcellos.

*De Brabantis.*) Nulla natio, nec humanior, nec melior q̃ Brabantorũ. Verũ ob ꝑpetuã hilaritatẽ, quã illis nec ſenecta adimit, dictũ ẽ hoc ioco uulgari prouerbi

Porci acarnanij.

Brabanti.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cæteris hoībus ætas prudē
tiā adferre ſoleat, hos quo
ꝓpius ad ſenectā accedūt,
hoc magis atq; magis ſtulte
ſcere. Atqui hac gente non
eſt alia, uel ad cōmunem ui
tæ conſuetudinē feſtiuior,
uel quæ minus ſentiat ſene
ctutis triſtitiam. His quidē
ut loco, ita et uitæ inſtituto
cōfines ſunt Hollādi mei,
cur eñ non meos appellē,
uſqueadeo ſtudioſos mei
cultores, ut inde uulgo co
gnomē emeruerint? cuius
illos adeo nō pudet, ut hic
uel præcipue ſeſe iactitēt.
Eant nūc ſtultiſſimi morta
les, & Medeas, Circes, Ve
neres, Auroras, et fontē ne

*uerbium:* Brabā*tus quo natu grādior, hoc ſtultior.* Hollandi *mei.)* Et *hæc laudatiſſ. gens ē, tamē ob īgenij ſimplicitatē, & mores minime fucatos, uulgo ſtulti uocantur ꝓuerbio iocoſo. porro ꝙ dicit, mei, non ad* Eraſmū *q hollandus eſt, ſed ad ſtultitiæ perſonā referri debet.*

Hollandi.

*Medeas, Circes, Veneres)* Medea *magicis herb. ſenibus reuocauit iuuentutē. Circe itē ſua uirga, ſuoq; poculo uertebat hoīes in quas uellet formas.* Venus *Phaonē ex ſene fecit adoleſcētem elegantiſsimū, adeo ut poſtea à* Sapphōe *deamaretur.* Aurora *ſucco ſuo iuuētutem ꝓduxit ī plurimos annos ſuo* Tithono. *Et fontē ne*

*Stultitia remoratur ſenium.*

d ſcio

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ſcio quē.) Significat fontē iuuētutis appellatum, ī quem ingreſſi ſenes repubeſcant.*

ſcio quem requirāt, quo ſibi iuuētam reſtituant, cum id ſola præſtare & poſſim et ſoleā. Apud me ſuccus ē ille mirificus, quo Mēnonis filia Thitoni aui ſui iuuentam prorogauit. Ego ſum Venus illa, cuius fauore Phaon ille repubuit, ita ut à Sapphone tantopere deamaret. Meæ ſunt herbæ, ſi quæ ſunt, mea p̄camina, meus ille fons, qui non ſolum reuocat elapſam adoleſcentiam, ſed (qđ eſt optabilius) perpetuam ſeruat. Quod ſi omnes huic ſentētiæ ſubſcribitis, adoleſcentia nihil eſſe meli⁹, ſenectute nihil deteſtabilius, quā tum mihi debeatis uidetis opinor, quæ tantum bonū retineat, tāto excluſo malo. Sed quid adhuc de mortalibus loquor? Cœlū omne luſtrate, & mihi meū nomen opprobret licebit, quicūque uolet, ſi quem omnino deorum reperiet non inſuauem & aſpernabilē, niſi meo numine commēdetur.

*Meū nomē.) Id ē, Stultam me uocet.*

*Sem*

Et-

Etenim cur ſemper ephe-
bus & comatus Bacchus?
Nẽpe quia uecors ac temu
lentus, cõuiuiis, ſaltationi-
bus, choreis, luſibus uitam
omnem tranſigens, ne tan-
tulum quidem habet cum
Pallade cõmercii. Deniq;
tantum abeſt ut ſapiens ha
beri poſtulet, ut ludibriis
ac iocis coli gaudeat. Neq;
prouerbio offenditur, qđ
illi fatui cognomentũ attri
buit. Id eſt huiuſmodi: μο-
ρύχου μωρότερος. Porro Mo
rycho nomen uerterũt, qđ
illum pro tẽpli foribus ſe-
dentem, muſto ficiſq; recẽ
tibus, agricolarum laſciuia
cõſueuerit oblinere. Tum
aũt quid non ſcommatum
in hunc uetus iacit comœ-
dia? O inſulſum (inquiũt)
deum, & dignũ qui ex in-
guine

*Semper ephe
b.) Veteres Bac-
chum puerili ſpe
cie, et ꝑmiſſis ca
pillis fingebãt, te
ſte Macrobio.
Ludibr. ac iocis)
Sentit de ꝑſonis,
oſcillis, et utribꝰ
unctis, de quibus
meminit Vergil.
in Geor. Μορύ
χου μωρότε-
ρος.) i. Mory
cho ſtultior. lege
chiliad. Eraſmi,
ĩ qbus erudite iu
xtà ac copioſe ꝓ
uerbiũ hoc expli
catur. Vetus
iacit comœ.) Nã
Ariſtopha. ĩ Ra
nis, ridiculũ ĩdu
cit Bacchũ, Her
culis ornatu ad ĩ
feros euntem, ut
tragicos audiat.*

Bacchus.
Morych
Dij ioco
& dij ſeu
ri.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ex inguine.) Nam Bacchus bis natus fingitur, ſemel ex matre, ſemel ex Iouis femore. ἀγκυλομήτης.) Hoc cognomen Homerus ſubinde tribuit Ioui, q̄d' aliud oſtẽdat, et aliud habeat ĩ animo.

Pan.) Is deus putatur ĩmittere ſubitos terrores, qui Panici uocã tur, et ſenex fingitur. Fauillis.) Q̄d' faber ſit ærarius. ϗ ἀεὶ ὑποδρῶσα δριμύ.) i. Sẽper ĩtuens torue. ſic enĩ apd' Lucianum Cupido ait ſe deterreri, ne Pallã dẽ adeat, q̄ ſemp̄ ſit toruis oculis.

μηδὲν ὑγιὲς) Id ẽ, nihil ſanũ. ẽ Græcis p̄uerbiũ cũ oĩa ſcelerata ac ſtulta ſignificant. Aureæ Vene

guine naſceretur. At quis nõ malit hic fatuus et inſulſus eſſe, ſemp̄ feſtiuus, ſemper pubeſcens, ſemper oĩbus luſus ac uoluptatẽ adferẽs, q̃ uel ἀγκυλομήτης ille Iupiter omnibus formidabilis, uel Pan ſuis tumultibus om̃ia ſenio uitians, uel fauillis oppletus Vulcanꝰ, ac ſemper officinæ laboribus ſqualidꝰ, aut Pallas etiam ipſa, ſua Gorgone & haſta terribilis ϗ ἀεὶ ὑποδρῶσα δριμύ. Cur ſemp̄ puer Cupido? Cur? niſi quia nugator eſt, ϗ μηδὲν ὑγιὲς neque facit, neq; cogitat? Cur aureæ Veneri ſemper uernat ſua forma? Nimirum, quia mecũ habet affinitatem, unde & patris mei colorẽ uul

tu

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Veneri.) Sic enim uocat Homerus, χρυσῆ ἀφροδίτη, tũ Iliados. 5. tum alibi frequẽter. Perpetuo ridet.) Sic eã fingit Homer. multis locis, unde φιλομμειδὴς dicitur. Theocritus in Cerioclepta: καὶ ἁ μάτηρ γελάσασα, .i. Et mater, Venus uidelicet ridẽs. & idẽ in Thyrſide: ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ κύπρις γελάοισα, id ẽ

tu refert, atq; hac de cauſa eſt apud Homerũ χρυσῆ ἀφροδίτη. Deinde perpetuo ridet, ſi q̃d modo poetis credimus, aut horũ æmulis ſtatuariis. Quod numen unquam religioſius coluere Romani quàm Floræ, om̃ium uoluptatum parentis? Quanquam ſi quis etiam tetricorum deorũ uitam diligentius requirat ab Homero, reliquisq́; poetis, reperiet ſtultitiæ plena omnia. Quid enim attinet reliquorum facta commemorare, cum Iouis ipſius fulminatoris amores ac luſus probe noritis? cũ ſeuera illa Diana oblita ſexꝰ, nihil aliud quàm uenetur, Endymionem interim deperiens? Verum illi ſua fa-

Venit dulcis Venus ridẽs. et Vergilius: Olli ſubridens.

Nihil aliud q̃ uenetur.) .i. tantũ uenetur. ſic Quĩtilia. Nihil aliud q̃ flebat. Endymionẽ.) Nota eſt ſfa-



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Momus.*

*ſabula de Luna ad Endymionẽ deſcendente. Momo.) Is deus eſt reprehenſionis apud Platonem. Hunc Lucianus fingit libere aduerſus Iouem & alios deos loquentẽ in concilio. Et uetus ẽ fabula, illũ Palladis, Vulcani, ac Promethei carpſiſſe opera.*

*Ate.*

*Ate.) Græce ſonat noxa. hãc homerus fĩgit à Ioue ĩ terrã deturbatam, & huius opa inter mortales diſſidia naſci.*

*Adulatio grata prĩcipũ aulis.*

*Mea κολακία.) i. adulatio, quã pediſequam fecit. ῥᾷον ἄγοντες.) i. facile agẽtes. ſic et Terentius: q̃ uos facillime agitis, de diuitibus loquẽs, quorũ uita facilior & expedita. Theocritus item in Cyclope: οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν. i. Sic*

cinora à Momo audiãt malim, à quo ſæpius quõdam audire ſolebant. Sed hunc nuper irati unà cũ Ate in terras p̃cipitem dederunt, ꝙ ſapientia ſua felicitati deorum importunus obſtreperet. Neq; mortalium ullus exulem dignatur hoſpitio, tantum abeſt ut illi in principum aulis ſit locus, in q̃bus tñ mea κολακία primas tenet, cui cum Momo non magis cõuenit, quàm cum agno lupis. Itaq; ſublato illo, iam multo licentius ac ſuauius nugãtur dii, uere ῥᾷον ἄγοντες, ut inquit Homerus, nullo uidelicet

cen

igitur

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*igitur facillime egit Cyclops apud nos.* Ficulnus ille.) *Alluſit ad Horatianum Priapum, quem ille ficulnum facit in Satyris: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Tum Græcis quicquid contemnunt, ficulnum dicitur, ut in ſuis Chiliadib. teſtatur Eraſmus.* Ac præſtigijs.) (Ficulnus)

cēſore. Quos em̄ non præbet iocos ficulnus ille Priapus? quos non ludos exhibet furtis ac præſtigiis ſuis Mercurius? Quin & Vulcanus ipſe in deorum conuiuiis γελωτοποιὸν agere cōſueuit, ac modo claudicatione, modo cauillis, modo ridiculis dictis exhilarare compotationem. Tum & Silenus ille ſenex amator, τὼν

Lucian⁹ *narrat illū Vulcani forcipē furatū.* Itē Apollinis boues, *tū & ſagittas præſtigiis ademit.* γελωτοποιόν.) Id *ē morionē. ſic enī uocant Græci, q̄ riſū mouere ſtudeat. ſic apd'* Homerū Vulcanus *ī cōuiuio deorū mīiſtrat, et claudicatione riſum mouet.* Tū *calicē porrigens matri, ridicula quædā loqtur, ut rixā diſcutiat inter* Iouē & Iunonem. Vnde Homerus *loquens de* Vulcano Iliados. I. (Voluptates deorū) (Vulcanus)

ἄσβεστος δ᾽ ἄρ᾽ ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
ὡς ἴδον ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

Id eſt: *Inextinguibilis igitur motus eſt riſus beatis dijs,*
Vt *uiderunt* Vulcanū *p̄ domus ſeruientē.* Senex amator.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tor.) Hic nymphas perſequitur, & inſidiatur apud Ouidium.

Cordax.

τὴν κόρδακα.) Cordax genus ridiculæ ſaltationis ac ruſticanæ, cuius meminit Lucianus ĩ libro de ſaltatione, meminit & Pollux lib. 4. capite decimotertio περὶ εἰδῶν ὀρχήσεως. τὴν θρεττανελό.) Vox ficta, qua repræſentatur ſaltatio Cyclopis Polyphemi, unde et Horatius: Saltaret uti Cyclopa rogabat. Meminit Ariſtophanes in Pluto. γυμνοπαιδίαν.) Et hoc ſaltationis genus à nuditate pedũ dictũ. γυμνὸς enĩ nudũ, πούς pes dicitur. Meminit Lucianus.

Atellanæ.

Atellanas.) Atellanæ ſaltationis eſt genus, in quo obſcœnis geſticulationib. libido repræſentabatur, ab Atella ciuitate uocatum. Pã.) Nã is fiſtulã hab3, ſed agreſtẽ. Harpocratis.

τὴν κόρδακα ſaltare ſolitus, unà cum Polyphemo τὴν θρεττανελό, Nymphis τὴν γυμνοπαιδίαν ſaltantibus. Satyri ſemicapri Atellanas agitãt, Pan inſulſa quapiã cantiũcula riſum omĩbus mouet, quem ita malũt, quàm ipſas audire muſas, præcipue cũ iam nectare cœperint madere. Porro qd ego nunc commemorem, quæ probe poti dii poſt conuiuium agitent? adeo mehercle ſtulta, ut ipſa nonnunq̃ à riſu tẽperare nequeam. At ſatius eſt in his Harpocratis meminiſſe, ne qs forte

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

te nos quoqꝫ Corycæ⁹ aliquis deus auſcultet, ea narrãtes, quæ ne Momus quidem impune prolocutus eſt. Sed iam tempus eſt, ut ad Homericũ exemplar relictis cœlitibus, uiciſſim in terrã demigremus, q̃qꝫ ibi nihil lætum, aut felix, niſi meo munere, diſpiciamus. In primis uidetis, q̃ta prouidentia natura parens & humani generis opifex, illud cauerit, ne uſquam deeſſet ſtultitiæ condimentum? Etenim cum Stoicis definitorib⁹ nihil aliud ſit ſapientia, quàm duci ratione: contrà ſtultitia, affectuum arbitrio moueri, ne plane triſtis ac tetrica eſſet hominum uita, Iupiter quanto plus indidit affectuum quàm rationis? quaſi ſemi-

*tis.) Is erat ſilentij deus. Corycæus.) Græci prouerbio Corycæos uocant, qui clãculum auſcultãt, & explorãt quid agatur: uide in Chiliadib.*

*Ad Homericum exemplar) Nã huic mos ẽ, nũc q̃d agãt dij in cœlo, nunc q̃d homines in terris, uiciſſim miſcere narrationem. Semiunciam ad aſſem.) Id ẽ, uigeſimam quartã partẽ ad totum. Ridicule autẽ meminit aſſis et unciæ, quæ ſunt ponderũ nomina, cum de rebus animi loquatur.*

*Corycæus*

*Stultitia naturalis hoĩ.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tur. Rationē ĩ anguſtum.) Sic Plato rōnē in cerebro collocat, irā in pectore, in inferiorib. cōcupiſcentiam.*

unciam compares ad aſſē. Præterea rationē in angu-ſtum capitis angulum relegauit, reliquum omne corpus perturbationibus reliquit. Deinde duos quaſi tyrannos uiolentiſſimos uni oppoſuit, irā, quæ p̄cordiorꝫ arcem obtinet, atq; adeo ipſum uitæ fontem cor, & cōcupiſcentiam, quæ ad imā uſq; pubē latiſſime impiū occupat. Aduerſus has geminas copias quantum ualeat ratio, communis hominū uita ſatis declarat, cum illa, quod unū licet, uel uſq; ad rauim reclamat, & honeſti dictat formulas, uerum hi laqueū regi ſuo remittūt, multoq; odioſius obſtrepūt, donec iam is quoque feſſus ultro cedit, ac manus dat. Cæterū quoniam uiro adminiſtrandis rebus nato, pluſculū de rationis unciola erat aſpgendum, ut huic quoq; pro uirili conſuleret, me ſicut in cæteris in conſilium

*Vſq; ad rauim.) i. uſq; ad raucedinē. Plautinū prouerbium eſt.*

Ad

ad-

adhibuit, moxq́ꝫ conſilium dedi me di-
gnum : nēpe uti mulierem adiungeret, *mulier ſtultũ animal*
animal uidelicet ſtultum quidē illud at-
que ineptũ, uerum ridiculũ & ſuaue, q̄
conuictu domeſtico uirilis ingenii triſti
tiam, ſua ſtultitia cōdiret atqꝫ edulcaret.
Nam ꝙ Plato dubitare uidet̄, utro ī gñe
ponat mulierem, rationaliũ animātium
an brutorum, nihil aliud uoluit q̄ inſi-
gnem eius ſexus ſtultitiam indicare. Qđ
ſi qua forte mulier ſapiens haberi uolu-
it, ea nihil aliud agit quàm ut bis ſtulta
ſit, perinde quaſi bouem aliquis ducat *Bis ſtultæ mulier q̄ ſape uelit.*
ad ceroma, inuita reluctan
teq́ꝫ (ut aiũt) Minerua. Cō
duplicat enim uitiũ, quiſ-
quis contra naturam uirtu
tis fucum inducit, atqꝫ aliò
deflectit ingenium. Quemadmodũ iu-
xta Græcorũ prouerbiũ, ſimia ſemper
eſt ſimia, etiam ſi purpura ùeſtiatur, ita
mulier ſemper mulier eſt, hoc eſt ſtulta,
quamcunqꝫ perſonam induxerit. Neqꝫ
uero mulierum genus uſqꝫadeo ſtultũ
arbi

*Ad ceroma.) Vnguenti genus eſt, quo inungebātur athletæ.*

*Iſti*

arbitror, ut eam ob rem mihi ſuccenſe-
ant, ꝙ illis & ipſa mulier, & ſtultitia ſtul
titiam attribuam. Etenim ſi rem recta re
putent uia, hoc ipſum ſtultitiæ debent
acceptũ ferre, ꝙ ſint uiris multis calcu-
lis fortunatiores. Primum formæ grati
am, quam illæ merito rebus oĩbus an
teponunt, cuiusq; præſidio in tyrannos
etiam ipſos tyrannidem exercent. Alio
qui undenam horror ille formæ, hiſpi-
da cutis, & barbæ ſylua, plane ſenile q̃d
dam in uiro, niſi à prudẽtiæ uitio, cum
fœminarũ ſemper leues malæ, uox ſem
per exilis, cutis mollicula, quaſi perpe-
tuam quandam adoleſcentiam imitent?
Deinde quid aliud optant in hac uita, q̃
ut uiris quàmmaxime placeant? Nónne
huc ſpectant tot cultus, tot fuci, tot bal-
nea, tot cõpturæ, tot unguenta, tot odo
res, tot componendi, pingendi, fingen-
diq; uultus, oculos & cutem, artes? Iam
num alio nomine uiris magis commen
datæ ſunt quàm ſtultitiæ? Quid enim ẽ
quod illi mulieribus non permittunt?
At

*Quæ commoda fœmĩis è ſtultitia.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

At quo tandem autoramento niſi uolu ptatis? Delectant aũt non alia re q̃ ſtulti tia. Id eſſe ue℞ nõ ibit inficias, quiſquis ſecũ reputarit, quas uir cum muliere di cat ineptias, quas agat nugas, quoties fœ mĩca uoluptate decreuerit uti. Habetis igit̃ primum & præcipuũ uitæ oblecta mentũ, quo fonte proficiſcat̃. Sed ſunt nonnulli, cum primis autẽ ſenes, biba= ces quidem illi magis quàm mulieroſi, qui ſummam uoluptatem in compotati onibus conſtituũt. Equidem an ſit ullũ lautum conuiuiũ ubi mulier non adſit, uiderint alii. Illud certe cõſtat, citra ſtul= titiæ condimentũ, nullum omnino ſua= ue eſſe: adeo, ut ſi deſit qui ſeu uera, ſeu ſimulata ſtultitia riſum moueat, γελωτο= ποιὸν quempiam uel mercede conductũ accerſant, aut ridiculũ aliquem paraſitũ adhibeant, qui ridendis, hoc eſt ſtultis, dicteriis ſilentiũ ac triſtitiam compota= tionis diſcutiat. Quorſum enim attine= bat, tot bellariis, tot lautitiis, tot cupedi is onerare uentrem, niſi & oculi pariter

*Voluptas conuiui-orum.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Tragemata.

Iſtiuſmodi tragematum.) Tragemata uocant Græci quæ Latini bellaria uocant, nempe ſecundæ menſæ delicias. Regem ſortiri talis.) Rex dicebatur, qui ſingulis præſcribebat, quantum deberent bibere. Philoteſiis.) Græci φιλοτησίας uocant, quibus & hodie noſtrates utuntur, cum in amicitiæ ſignum prælibant alicui, ac deinde porrigũt poculum. Συμπεριφοραῖς.) Id eſt, circũlationibus. Sic enim uocãt, cum dicendi, canendi, bibendiq́; uices, ordĩe per omnes circumferuntur. Ad myrtum canere) Olim qui canere iubebatur, myrteum ramum accipe ſolitus erat, ab eo q ante cecinerat, atq; is finita cãtione tradebat, quem uellet poſt ſe cãere, ut copioſius explicat Eraſmus ĩ ſuis chiliadibus.

& aures, niſi totus animus, riſu, iocis, leporibus paſceretur? At iſtiuſmodi tragematũ ego ſum architectrix unica. Quanquam illa ipſa iam in conuiuiis ſolennia, regem ſortiri talis, luſitare teſſeris, philoteſiis inuitare, certare συμπεριφοραῖς, ad myrtum canere, ſaltare, geſticulari, non à ſeptẽ Græciæ ſophis, uerum à nobis ad humani gñis ſalutem reperta ſunt. Atqui om̃ium huiuſmodi rerum ea natura eſt, ut quo plus habeant ſtultitiæ, hoc plus conferãt uitæ mortalium, quæ ſi triſtis

Ne ui ſtis

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtis ſit, ne uita quidē appellanda uideaꝣ. Triſtis autem euadat oportet, niſi cognatũ tædiũ, hoc genus oble-ctamentis abſterſeris. Sed erunt fortaſſis, qui hoc q̃qꝫ uoluptatis genꝰ negligãt, & in amicorũ charitate & cõſuetudine acqeſcãt, amicitiam dictitantes unam rebus omnibus anponendã, qppe rem uſqꝫ adeo neceſſariã, ut nec aer, nec ignis, nec aqua magis. Rurſũ adeo iucundam, ut q hanc de medio ſuſtulerit, ſolē ſuſtulerit; adeo deniqꝫ honeſtã, ſi quid tñ hoc ad rē ptinet, ut nec ipſi philoſophi uere anꝣ eam inter pcipua bona cõmemorare. Sed qd, ſi doceo me huius q̃qꝫ tanti boni, & puppĩ eſſe & pram? Docebo aũt non crocodili

tis,

*Ne uita quidem.)* Vnde ueteres uiuere dicebant, genialiter agere læteq;. Catullus: Viuamus mea Leſbia, atq; amemus. *Nec aër, nec ignis.)* Ita M. Tullius ĩ Lælio de amicitia. *Et puppĩ eſſe et proram.)* Prouerbialiter dixit, præcipuũ autorem & fontem. nã qui puppĩ ac prã nauis habet, totam habet nauĩ. *Crocodilitis.)* Crocodilites genus eſt ſyllogiſmi captioſi, quē dialectici fingunt crocodilum propoſuiſſe mulieri, cuius

ſi

Viuere.

Nec amicitiam cõſtare ſine ſtultitia.

Crocodilites.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*filium rapuerat. Si dixeris (inquit) uerum, reddam tibi filium. Illa reſpõdit, Non reddes. Et ergo redde, quia uerũ dixi. Imò (inquit) ſi reddidero, non dixeris uerum.* Sorites. *So ritis.) Sorites ſyllogiſmus eſt, quẽ Cicero uocat acerualem, quod aceruandis paulatim ſingulis fallat, ut decem nummi non faciunt diuitem, quid ſi unum addas? quid ſi etiam unum? Ita fiet ut nunquam fias diues, ſi nunquã unus nũmus facit diuitem. Dicitur autẽ ἀπὸ τοῦ σωροῦ, id eſt, à cumulo ſiue aceruo. Ceratinis.) Quos Latini cornutos uocant, cum è duobus quicquid reſponderis, in te retorquetur. Huiuſmodi ſyllogiſmis ueteres dialectici ludebant. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ κέρατος. i. cornu.*

tis, aut ſoritis ceratinis, aut aliis id gen⁹ dialecticorũ argutiis, ſed pingui quod aiũt, Minerua rem digito propemodũ oſtendam. Age, conniuere, labi, cæcutire, hallucinari in amicorum uitiis, quædam etiam inſignia uitia pro uirtutibus amare, mirariq́ꝫ, an nõ ſtultitiæ uidetur affine? Quid, cum alius ex oſculat̃ neuũ in amica, aliũ delectat polyp⁹ Agnæ, cũ filiũ ſtrabonẽ appellat pe-

tum

Polypus. *Polypus.) Alluſit ad uerſus Horatianos. Polypus uitiũ ẽ nariũ graue olentium. Agnã uocat amicam. Strabonem appellat petum.) Strabonẽ eſſe,*

uitiũ

tum pater, quid, inquam, hoc eſt niſi mera ſtultitia? Clamẽt terq́ quaterq́, ſtultitiam eſſe: atqui hæc una ſtultitia & iungit iunctos, & ſeruat amicos. De mortalibus loquor, quorũ nemo ſine uitiis naſcit̃, optimus ille ẽ, qui minimis urgetur: cũ interim inter ſapientes iſtos deos, aut om̃ino non coaleſcit amicitia, aut tetrica quædã & inſuauis intercedit, nec ea niſi cũ pauciſſimis. nam cum nullis dicere religio eſt, ꝑpter ea ꝙ maxima pars hominũ deſipit, imò nullus eſt, qui nõ multis modis deliret, & non niſi inter ſimiles cohæret neceſſitudo. Qđ ſi quando inter ſeueros iſtos coierit mutua bñuolentia, ea certe haudquaquam ſtabilis eſt, nec admodum duratura, nimirũ inter moroſos & plus ſatis oculatos, ut qui in amicorum uitiis

*uitium eſt oculorum diſtortorũ. Petum eſſe, leuius eſt: nam petis oculis pingebatur Venus, ꝙ id uideatur amatorium. Et iungit iũct.) Et hoc carmẽ eſt Horatianum, ut eſt illud: Nam uitijs nemo ſine naſcitur. Et illđ: Quã aut aq̃la, aut ſerpẽs epidaurius.*

*Man*

*Aſpitas in amicitia.*



tam

tam cernunt acutum, q̃ aut aquila, aut ſerpens Epidaurius. At ipſi in ꝓpriis uitiis q̃ lippiunt, & q̃ non uident manticã in tergo pendentem. Itaq; cum ea ſit hominũ natura, ut nullum ingenium reperiatur nõ magnis obnoxium uitiis, adde tantam annorũ ac ſtudiorũ diſſimilitudinẽ, tot lapſus, tot errata, tot caſus uitæ mortalis, quo pacto uel horam conſtabit inter Argos iſtos amicitiæ iucunditas, niſi acceſſerit ea quã mire Græci εὐήθειαν appellant, hanc ſeu ſtultitiam, ſeu morum facilitatem uertas licebit? Quid aũt? An nõ Cupido ille omnis neceſſitudinis autor & parẽs, ꝓrſum oculis captus ẽ, cui quẽadmodũ τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέ-

*Manticam in tergo.*) *Et hoc ꝓuerbium in eos, qui aliorum cernũt uitia, ſua nõ uident.* Natũ ex Aeſop. fabl'. Perſius: *Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo: Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.* *Inter Argos iſtos.*) *Argos uocat plus ſatis oculatos. Nã ut Ouid. ait: Cinctum luminibus cẽtum caput Argus habebat.*

τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.) *Id eſt, non pulchra pulchra uidentur. Hemiſtichiũ eſt Theocriti de amante.*

*Amor cæcus iudex.*

φαν

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

te. Sic enim ait in Idyllio. 6. Ἦ γὰρ ἔρωτι πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Idē, Etenim amori ſæpe ó Polypheme, quæ non pulchra, pulchra uidentur. Cæcus enim amor à poetis fingitur, & τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ut ait Plato, id ē, Excæcatur amās circa amatum. Caſcus.) Id eſt, uetulus uetulā. Sic enī priſci Latini loquebantur. Eſtq́; ꝓuerbium. Pupus.) Pupum antiqui puerum uocabant, pupā puellam. Diuortijs deteriora.) Significat ueneficia, aut homicidia. Cucu

φαντῃ, itidem inter uos quoque efficit, ut ſuū cuiq; pulchrum uideatᷓ, ut caſcus caſcā, perinde ut pupus pupam deamet? Hæc paſſim & fiunt & ridentur, ſed tamen hæc ridicula iucundā uitæ glutinant copulantq́ ſocietatem. Porro quod de amicitia dictum eſt, id multo magis de coniugio ſentiendum, quod quidem nihil eſt aliud q̃ indiuidua uitæ cōiunctio. Deū immortalē, quæ non diuortia, aut etiam diuortiis deteriora paſſim acciderent, niſi uiri fœminæq́ domeſtica conſuetudo, per adulationē, per iocum, per facilitatem, errorem, diſſimulationē, me

e ii um

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

um utique ſatellitiũ, fulciret, aleretq́ꝫ? Papæ, quàm pauca coirẽt matrimonia, ſi ſpõſus prudenter exquireret, quos luſus delicata illa (ſicuti uidet) ac pudens uirguncula iam multo ante nuptias luſerit? Tum quanto pauciora cohærerent inita, niſi plurima uxorum facta per uiri uel negligentiam, uel ſtuporem laterent? Atqꝫ hæc quidem meritò ſtultitiæ tribuunt, uerum ea interim præſtat, ut marito iucunda ſit uxor, uxori iucũdus maritus, ut trãquilla domus, ut maneat affinitas. Ridet, cuculus, curruca, & quid non uocatur, cũ mœchæ lachrymas labellis exorbet? At quãto felicius ſic errare, q̃ zelotypiæ diligentia cum ſeſe cõficere, tum omnia miſcere tragœdiis? In ſumma, uſqꝫ adeo nulla ſocietas, nulla uitæ coniũctio ſine me uel iucũda, uel ſtabilis eſſe poteſt, ut nec populus principem,

*Cuculus, curruca.) Sic uulgo uocãt maritũ uxoris parũ pudicæ. Quanq̃ Plautus cuculum uocat maritũ foris amantẽ aliã, q̃d hæc auis oua ponatĩ nido alieno. Iuuenalis currucã uocat maritũ uxoris parũ caſtæ,*

Cuculus.

Curruca.

pem, nec ſeruũ herus, nec
heram pediſequa, nec diſci
pulum p̃ceptor, nec amic⁹
amicũ, nec maritum uxor,
nec locator conductorẽ, nec contuber-
nalis contubernalem, nec conuictor cõ
uictorem diutius ferat, niſi uiciſſim in-
ter ſeſe nũc errent, nunc adulentur, nũc
prudentes conniueant, nũc aliquo ſtul-
titiæ melle ſeſe deliniãt. Iam hæc ſcio ui
deri maxima, ſed audietis maiora. Quæ-
ſo num quenq̃ amabit, q ipſe ſemet ode
rit? Num cum alio concordabit, qui ſe-
cum ipſe diſſidet? Nũ ulli uoluptatem
adferet, qui ſibimet ipſi ſit grauis ac mo-
leſtus? Iſtud opinor nemo dixerit, niſi q
ſit ipſa ſtultior ſtultitia. Atq ſi me exclu
ſeris, adeo nemo poterit alterũ ferre, ut
ipſe etiam ſibi quiſq; pute-
at, ſua cuiq; ſordeãt, ſibi q ſ
q; ſit inuiſus. Quandoqui-
dẽ id mali natura non pau
cis ĩ rebus nouerca magis
q̃ parens, mortaliũ ingeniis inſeuit, p̃ci

*ſtæ, ꝗ alienos alat ꝑ ſuis: Tu tibi nunc curruca places.*

*Nemo ſibi ipſi charus abſque ſtultitia.*

*Sibi quiſq; puteat.) Putere dicitur, qđ moleſtũ eſt ac diſplicet.*

Pro



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pue paulo cordatiorum, ut ſui quemq;
pœniteat, admiretur aliena. Quo fit, ut
omnes dotes, omnis elegantia decor´q;
*forma.* uitæ uitietur, pereatq;. Quid enim pro-
derit forma, præcipuum deoꝝ immor-
taliū munus, ſi putiditatis uitio conta-
*iuenta.* minetur? Quid iuuenta, ſi ſenilis triſti-
tiæ fermento corrūpatur? Deniq; qd in
omni uitæ munere uel tecum, uel apud
alios acturus es cū decoro (eſt enim non
*ctionis decorū.* artis modo, uerūetiam omīs actionis ca
put, docere quod agas) niſi adſit dextra
hæc Philautia, quæ mihi merito germa-
næ eſt uice? Adeo ſtrenue meas ubique
partes agit. Quid autē æque ſtultū, atq;
tibiipſi placere? teipſū admirari? At rur
ſum, qd uenuſtū, quid gratioſum, quid
non indecorū erit, qđ agas, ipſe tibi diſ-
plicens? Tolle hoc uitæ condimentū, &
protinus frigebit cum ſua actione ora-
tor, nulli placebit cū ſuis numeris muſi
cus, explodetur cū ſua geſticulatione hi
ſtrio, ridebitur unà ſuis cum muſis poe-
ta, ſordebit cum arte pictor, eſuriet cū

phar

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pharmacis medic⁹. Poſtremo pro Nireo Therſites, pro Phaone Neſtor, ꝑ Minerua ſus, pro facundo infans, ꝑ urbano ruſticus ui deberis. In tantum neceſſe eſt, ut ſibi quoq; quiſq; blãdiat, & aſſentatiũcula quapiam ſibi prius commẽdetur, quã aliis poſſit eſſe cõmendatus. Deniq; cũ præcipua felicitatis pars ſit, ut quod ſis eſſe uelis, nimirũ totũ hoc præſtat compendio mea Philautia, ut nemi nem ſuæ formæ, neminem ſui ingenii, neminem generis, neminem loci, neminẽ inſtituti, neminem patriæ pœniteat: adeo, ut nec Hirlandus cũ Italo, nec Thrax cum Athenienſi, nec Scytha cũ inſulis Fortunatis cupiat permutare. Et ò ſingularem naturæ ſolicitudinem, ut in tanta rerũ uarietate paria fe-

*Pro Nireo Therſi.) Vterq; ẽ apd' Homerũ. Nireũ dicit fuiſſe omniũ formoſiſſimũ q ad Troiã uenerũt, Therſitem oĩm maxime deformem.*

*Phaone Neſtor.) Phaon beneficio Veneris è ſene reuocatus eſt ad adoleſcẽtiam. Neſtor tria ſecula uixit, teſte Home. Ilia. I.*

*Quod ſis, eẽ uelis) hemiſtichium ẽ Martialis.*

*Mega-*

*Sibi quiſq; placet per ſtultitiam.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cit omnia? Vbi dotibus ſuis nõnihil detraxit, ibi pluſculum Philautiæ ſolet addere, quanqum hoc ipſum ſtulte profecto dixi, cum hæc ipſa dos ſit uel maxima. Vt ne dicam interim, nullum egregiũ facinus adiri, niſi meo impulſu, nullas egregias artes, niſi me autore fuiſſe repertas. An non omnium laudatorum facinorum ſeges ac fõs eſt bellum? Porro quid ſtultius, quàm ob cauſas neſcio quas, certamen eiuſmodi ſuſcipere, unde pars utraq; ſemper plus aufert incõmodi q̃ boni? Nam eorum qui cadũt, uelu ti Megarẽſiũ οὐδεὶς λόγος. Dein cũ iam utrinq; cõſtitere ferratæ acies, & rauco crepuerũt cornua cãtu, qs oro ſapientũ iſtorum uſus, q ſtudiis exhauſti, uix tenui frigidoq; ſanguine ſpiritũ ducunt? Craſſis ac pinguibus

*Bellum ex ſtultitia naſcitur.*

*Megarenſes.*

*Megarenſes οὐδεὶς λόγος) .i. Nullus reſpectus. Prouerbiũ ẽ apd' Theocritum, ex oraculo natũ, quo reſponſum eſt, Megarẽſes neque tertios eſſe, neque quartos, pinde quaſi ĩ nullo ſint numero, de quibus nulla ſit mẽtio.* *Et rauco.) Hemiſtichiũ ẽ Vergilianũ.*

*Craſſis ac pin-*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ac pinguibus.)* Hoc ex Ariſtotelis *ſentẽtia, qui putat eos q minime ualent ingenio, plus pollere audacia.* Nam *craſſus ſanguis, quo abundant robuſti, ut robur auget, ita ingeniũ craſſum efficit:* Cõtrà, *ſanguis tenuis, ex quo ſpiritus tenues exhalãt, ut corpuſculũ imbecillũ & meticuloſum, ita ingeniũ acutũ timidumq́; efficit.* Demoſthenem.) Nã *is abiecto clypeo fugit, unde* Rhipſaſpis *dictus eſt, ut* Plutarchus *ĩ eius uita.* Archilochi *ſequutus cõſiliũ.)* Lacedæmonij Archilochũ *poetã è finibus ſuis excedere coëgerũt, q in epigrãmate quodã gloriatus eſſet ſe clypeũ abieciſſe, quaſi id conſultius ſit, quã mori in pugna.* Autor Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Lege prouerbium in Chiliadibus, *abiecit haſtam.*

Ad ci

Demoſthenes.

Archilochus.

bus opus eſt, quibus quàm plurimũ adſit audaciæ, mẽtis quàm minimum. Niſi ſi quis Demoſthenem militẽ malit, q Archilochi ſequutus conſilium, uix conſpectis hoſtibus, abiecto clypeo fugit, tam ignauus miles quàm orator ſapiens. Sed cõſilium (inquiunt) in bellis plurimum habet momenti. Equidem fateor in duce, uerũ id quidem militare, non philoſophicũ: alioqui paraſitis, lenonibus, latronibus, ſicariis, agricolis, ſtupidis, obæratis, & huiuſmodi

*Per peßimos et ſtultißios bellũ optime geritur.*

e v mor

mortalium fece res tam præclara geriſ, non philoſophis lucernariis. Qui quidem quàm ſint ad omnē uitæ uſum inutiles, uel Socrates ipſe unus Apollinis oraculo ſapiens, ſed minime ſapiēter iudicatus, documento eſſe poteſt: qui neſcio quid publice conatꝰ agere, ſummo cum om̄ium riſu diſceſſit. Quanquam uir is in hoc nō uſqꝫquaqꝫ deſipit, qđ ſapientis cognomē nō agnoſcit, atqꝫ ipſi deo reſcribit, quodqꝫ cenſet ſapiēti à republica abſtinendum eſſe, niſi quod potius monere debuerat, à ſapientia tēperandum ei, qui uelit in hominum haberi numero. Deiñ, quid eundem accuſatū ad cicutā bibendā adegit, niſi ſapiētia? Nā dū nubes & ideas philoſophat̃, dum pulicis pedes metitur, dum culicum uo

*Ad cicutam.) Herba eſt mortifera, unde Socrates bibit potionē.* *Dum nubes.) Ita Ariſtophães inducit eum adorantē nubes tāquā deos.* *Et ideas.) Alludit ad ideas Platonicas, quas irriſit et Ariſtoteles.* *Dum pulicis pedes.) Hoc quoqꝫ de eodem fingit in Nubibus Ariſtophanes, irridens illius mathematicam.* *Dum culicum uocem.) Eſt & hoc*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

uocẽ miratur, quæ ad uitã cõmunem attinent, non di dicit. Sed adeſt præceptori de capite periclitanti diſcipul⁹ Plato, egregius ſcilicet patronus, qui turbæ ſtrepitu offẽſus, uix dimidiatam illam periodũ pronuntiare potuit. Iã q̄d dicã de Theophraſto, q̄ p̄greſſus in cõcionẽ, repente obmutuit, periñ repente quaſi lupo conſpecto, qui militem animaſſet ĩ bello? Iſocrates ob ingenii timiditatem, nec hiſcere unq̄ eſt auſus. M. Tullius eloquẽtiæ Romanæ parens, ſemp̄ inde

*ĩ eadem fabula, Socratem fingit diſputantem, unde tãtam uocem emittat culex, tãtillũ aĩal. Qui turbæ ſtrepitu.) Hoc in eius uita legitur, & extat initiũ illius orationis: quãquam omniũ natu minimus adſum &c. cũ alioq̄ ĩ ſcholis & circulis eſſet omnium facũdiſſimus. De Theophraſto.) Is Ariſtotelis diſcipulus, ab eloquẽtia nomen etiam inuenit: & tamen quia non exercitatus, apud populũ dicturus obmutuit. Quaſi lupo conſpecto.) Lupus etiam, ſi prius hominem uideat, uocem adimere putatur.*

Nec ad dicendũ idoneos eſſe q̄ ſapiunt.

Theophraſtus.

*Iſocrates ſcripſit plurimas orationes, nullã egit cauſam, quod uoce eſſet exili, et natura timidus, ut ĩ illius uita legitur. M. Tullius.) Hoc uitij Tullius ipſe fatetur.*

Iſocrates.

Si aut

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

decora trepidatione, perinde quaſi puer ſingultiẽs exordiri cõſueuit. Id'q; Fabius interpretat̃ cordati oratoris & periculum intelligentis argumentum. Verũ cum hoc dicit, an non palàm fatetur ſapientiam obſtare ad rem probe gerendam? Quid iſti faciẽt, cum res ferro geritur, qui tũ metu exanimant̃, cũ nudis uerbis eſt decertandũ? Et poſt hæc celebratur, ſi diis placet, præclara illa Platonis ſententia, beatas fore reſpublicas, ſi aut imperent philoſophi, aut philoſophentur imperatores. Imò ſi conſules hiſtoricos, reperies nimirũ nullos reipublicæ peſtilentiores fuiſſe principes, quã ſi qñ in philoſophaſtrũ aliquem aut literis addictũ inciderit imperiũ. Cuius rei ſatis (opinor) faciũt fidem Catones: quorum alter inſanis delatiõibus reipublicæ tranquillitatẽ uexauit, al

*Pernicioſos eẽ reip. ſapiẽtes.*

*Si aut ĩperẽt.) Non hæc dicuntur ex aĩo, ſed ad Moriæ pſonã reſpiciens ludit, cũ autor ipſe longe diuerſa ſentiat.*

*Alter inſanis.) De Cenſorio loq̃tur, qui quadragies accuſatus, ſp abſolutus eſt, ipſe ſeptuagies ac ſæpi⁹ alios reos fecit, ut ĩ eius uita*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

alter libertatem po. Romani dum nimium ſapienter uindicat, funditus ſubuertit. Adde his Brutos, Caſſios, Gracchos, ac Ciceronē etiam ipſum, q̃ non minus peſtilēs fuit Romanorum reipublic. q̃ Demoſthenes Athenienſiũ. Porrò M. Antonius, ut donemus bonũ imperatorē fuiſſe, nam id ipſum extorquere poſſim. fuit enim hoc ipo nomine grauis atq; inuiſus ciuib⁹, quod tam philoſophus eſſet. Sed tamē ut donemus fuiſſe bonum, at certe peſtilentior fuit reipub. tali relicto filio, q̃ fuerat ſua admini

*ta narrat Plutarchus, & Plinius in.7. Alter.) Vticenſem intellige, q puocato Cæſare, ſubuertit libertatē Ro. Brutos, Caſſios.) Hi Iuliũ occiderũt: at poſtea uicti, manu ſua ſibi necem cõſciuerũt. Gracchos.) Tiberium & Caiũ. uterq; eloquens, uterq; ſeditioſus, uterque per tumultũ periјt. lege Plinium de uiris illuſtribus. Cicero.) Cicero Antonium in perniciem reip. prouocauit. Demoſthenes.) Et hic Athenienſes ad bellum aduerſus Philippum ſuſcipiendum incitauit, quæ res eis uertit male. M. Antonius.) Hic Pius dictus eſt, & cognominatus Philoſophus, uir omniũ laudatiſſi-*

Gracchi.

M. Antonius.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

niſtratione ſalutaris. Quandoquidem ſolet hoc hominū genus, qui ſe ſapientiæ ſtudio dediderūt, cū cæteris in rebus, tum præcipue in liberis ꝓpagandis infeliciſſimum eſſe, prouidente opinor natura, ne malum hoc ſapientiæ inter mortales latius ſerpat. Itaq; Ciceroni degenerem fuiſſe filiū cōſtat, & ſapiens ille Socrates liberos habuit matri ſimiliores q̃ patri, ut non oīno peſſime ſcripſit quidā, id eſt, ſtultos. Sed utcunq; ferendum, ſi tantum ad publica munia forent ὄνοι πρὸς λύραν, niſi ad omnem prorſus uitæ fūctionē nihilo eſſent dexteriores. Ad conuiuium adhibe ſapientē, aut triſti ſilentio, aut moleſtis quæſtiunculis obturbabit.

Ad

*datiſſimus, ſed Cōmodi illaudatiſſimus pater.*

*Ne malū hoc ſapiētiæ.) An nō hic palā ludit, et ſtultitiam loq; facit, nō ſuum animum? Itaque Cicerōi.) Cicero filius Ciceronis, temulentus, ignauꝰ, moroſus, nullꝰ ī re ſimilis patri, niſi in feſtiuitate, ut teſtatur Seneca. Socrates libe.) Ita teſtatur Seneca: nam uxorē habuit Socrates moroſam ac rixoſam, ut teſtatur Gellius.*

*ὄνοι πρὸς λύραν.) Id eſt, Aſini ad lyram. prouerbium eſt.*

*Sapi-*

*Sapiētū filij ſtulti.*

*Ciceronis filius.*

*Ad oēm uitæ conſuetudinē inepti ſapientes.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ad chorum aduoca, came
lum ſaltare dices. Ad publi
cos ludos trahe, ipſo uultu
populi uoluptatib⁹ obſta
bit, et cogetur è theatro mi
grare ſapiēs Cato, quando
quidem ſupercilium non
poteſt ponere. In colloqui
um inciderit, repente lup⁹
in fabula. Si quid emendū,
ſi contrahēdum: breuiter,
ſi quid eorum agendum, ſi
ne quibus hæc quotidiana
uita tranſigi non poteſt, ſti
pitem dicas ſapientē iſtū,
non hominē. Vſq; adeo ne
q; ſibi, neq; patriæ, neq; ſu
is uſquam uſui eſſe poteſt,
propterea quod cōmunium rerū ſit im
peritus, & à populari opinione uulgari
buſq; inſtitutis longe lateq; diſcrepat.
Qua quidem ex re odium quoq; conſe
quatur neceſſum eſt, nimirum ob tātam
uitæ atq; animorum diſſimilitudinem.

*Sapiēs Cat.) Eſt apd' Martia
lē de Catone mi
nore, q̄ cum ſede
ret ī theatro, nec
auderēt agere, q̄
acturi erant Flo
ralia, ī q̄bus mu-
lieres nudæ et ui
ri turpiter ſalta-
bāt, iuſſus eſt aut
mutare uultum,
aut exire. exiuit
itaq;. Lupus
ē in fabula.) Pro
uerbiū eſt de ſub
ito ſilētio, in me-
dio ſermone ob-
orto.*

Timo-

Quid

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Quid enim omnino geritꝰ inter mortales nũ ſtultitiæ plenũ, idq́ꝫ à ſtultis, & apd' ſtultos? Quod ſi quis unꝰ uniuerſis uelit obſtrepere, huic ego ſuaſeri, ut Timonem imitatꝰ, in ſolitudinẽ aliquam demigret, atqꝫ ibi ſolus ſua fruatur ſapiẽtia. Verũ ut ad id, quod inſtituerã, reuertar, quæ uis ſaxeos, quernos, & agreſtes illos homines in ciuitatem coëgit niſi adulatio? Nihil eñ aliud ſignificat illa Amphionis & Orphei cithara. Quæ res plebem Romanam iam extrema molientem, in concordiam ciuitatis reuocauit? Num oratio philo

Sapientia odiũ parit

*Timonẽ.) Timon Athenieñſis offenſus hominũ moribus, abijt in ſolitudinem, & mortalium oĩm conſortia fugit, adeo ut ſepulchrum quoq; illius à cõtinẽte ſit undis maris auulſum. extat de hoc Luciani dialogus ab Eraſmo uerſus. Amphionis & Orphei.) Eſt ĩ fabulis Amphione canente, ſaxa ſua ſponte in ſtructuram murorũ coijſſe, atq; ita cãtu, non manibus extructas fuiſſe Thebas. De Orpheo quoq; fabulantur, ſaxa & quercus cãtu illius cõmota fuiſſe. Id Horatius interpretatur agreſtem multitudinẽ, quam per ſaxa & quercus intelligi uoluit, il*

Stultitia reſpublicas cõſtituit.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

luit, illorum ſuauiloquentia in ciuitatis formam fuiſſe coactam. Ac puerilis apologus.) Cum plebs Romana ære alieno demerſa, autore Sicinio, in ſacrum montem à patribus ſeceſſiſſet, atq; ita de rep. actum eſſe uideretur, patres Menenium Agrippam oratorem ad plebem miſerunt, qui huiuſmodi apologo plebem patribus reconciliauit: Tẽpore (inquit) quo in homine, non ut nunc, omnia in unum conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuiq; cõſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio uẽtri omnia quæri, uẽtrem in medio quietum, nihil aliud quàm datis uoluptatibus frui, conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrẽt, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Ac ita cũ uentrem fame domare uellent, ipſa unà membra, totũq; corpus ad extremam tabem ueniſſe: inde apparuiſſe uentris quoq; haud ſegne miniſterium eſſe, quippe qui ſanguinem hunc quo uiuimus, uigemuſq;, mitteret in omnes corporis partes. Hocq; apologo, oſtendens iram plebis in patres ſimilẽ eſſe inteſtinæ illi mẽbrorum ſeditioni, flexit mentes hominum. Hæc fermè Liuius. 1. decad. lib. 2. Themiſtoclis apolog.) Themiſtocles populum Athenienſem, ægre ferentem

Menenius Agrippa.

philoſophica? Minime. Imò ridiculus ac puerilis apologus de uentre, reliquiſq; corporis membris cõfictus. Idẽ ualuit Themiſtoclis apologus cõſimilis de uulpe & ericio. Quæ ſa

pi ſ tem

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tem auaritiã magiſtratus, huiuſmodi apologo deterruit à rebus nouandis: Vulpecula ſitibunda, æſtate media, ſole feruente, dum foſſam ingreſſa, aquam quærit, luto à ſole indurato inhæſit, inibiq; muſcæ totum uulpeculæ corpus obſidentes, ſanguinem omnem exugebant. Quod erinacius, foſſæ ripam forte fortuna prætergrediens, conſpicatus, uulpeculæ uolens ſuppetias ferre, muſcas ſpinis illis ſuis abigere parabat. Ibi uero uulpecula obſecrans, ne muſcas abigeret, dixit: Iſtæ nunc ſanguinis ſaturæ ſunt, quas ſi abegeris, aliæ famelicæ in horum locum ſuccedẽtes, quicquid ſanguinis reliquum fuerit, prorſus ebibent.*

Sertorius.

*Cerua Sertorij.) Plutarchus in uita Sertorij refert eum, cum Iberiam ſibi ſubieciſſet, Barbaros hoc modo illuſiſſe: Ceruam cãdidi coloris, ſic manſuefactam, ut uocantem exaudiret, & uidẽtem ſequeretur, iactabat ſibi à Diana miſſam, multaq; ſe per illã edoceri. Itaq; quoties hoſtes aduẽturos cõiectaret, ſimulabat ſibi id à cerua indicatum, atq; ſi quando uictoria aliqua ſuorũ ducum deferebatur, occulto nuntio ſibi à cerua, fauſta nuntiatũ iactabat. Eaq; arte fecit, ut Barbari eũ numinis inſtar colerẽt. Laconis dictũ.) Lycurgi uidelicet Lacedæmoniorũ legiſlatoris, q ut Plutarch⁹ ſcribit i libello de pu ero-*

Lycurgus

Legũ rep- trix ſtul- titia.

pientis oratio tantundem potuiſſet, quantũ commẽtitia illa cerua Sertorii potuit, quantum Laconis illius de duobus canib⁹, deq; uellẽdis equinæ caudæ pilis

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

erorum educatione, duos catulos, iiſdem editos parentibus, ſic educauit, ut alterum ignauum uoracemq́; , alterũ uero generoſum uenatorẽ redderet. Deinde Lacedæmonijs in concione congregatis, Magnũ momentum ad uirtutem, ò Lacedæmonij, inquit, ſunt mores, doctrinæ, & educationes. Atq; ego hæc uobis manifeſta faciam. Quo dicto, ponens in medium λοπάδα, id eſt, ollam ac leporem, è regione catulorum, ipſos catulos dimiſit. Ibi uero generoſus ille in leporem impetum fecit, alter uero ad ollam ſe recepit. Lacedæmonijs autem nondum conijcientibus quid hæc ſibi uellent, Lycurgus inquit, Catuli iſti iiſdem parentibus prognati ſunt, cæterum diuerſam nacti educationem, alter uenator ſtrenuus, alter ignauus et guloſus euaſit. De uellendis pilis.) Cum Sertorius (ut Plutarchus in eius uita ſcribit) aduerſus Pompeiũ bellũ gereret, multitudoq́; Barbarorũ, ducis imperio minus pareret, hoc commento uſus eſt: Aduocata totius exercitus concione, duos equos adduci iuſſit, alterum macie ſenioq́; confectum, alterum robuſtum, caudamq́; habentẽ nigram. Macilento autem admouit uirum robuſtum, forti uero homũculum imbecillem. Dato autem ſigno, uir ille magnus (ut illi præceptum erat) caudam gracilis equi ambabus manibus prehendens, euellere ſetas omnes uno impetu annixus eſt. Paruus cõtrà homũcio, robuſti equi caudam paulatim uellebat. Tandem uero ubi ille fruſtrà conatus, ſibi moleſtus eſſet, alijsq́; riſum moueret, hic cõtrà minimo labore ſetas ſtatim euelleret, ibi Sertorius aſ-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſurgens: Videtis cõmilitones, inquit, ingenium plus poſſe quã uires. Multa enim quæ unico impetu ſuperari nõ poſſunt, paulatim ſuperantur.

Minos.

Minoe, Numaq́;.) Minos Cretenſium rex, finxit ſe nono quoq; anno in conſilium Iouis patris admitti, atq; inde leges acceptas ad populũ ferre, quo maior eſſet legibus autoritas. Vnde Homerus Odyſſeæ. τ. Μίνως ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστὴς, id eſt, Minos nono quoq; anno cum Ioue familiarem habuit confabulationem. Vnde Heſiodus dixit eum Iouis ſceptrũ (quam Plato ĩ Minoe doctrinã interpretatur) habere: ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, τῷ καὶ πόλεων βασίλευε, id eſt, Sceptra Iouis retinens, quis Cretũ rexerat urbes.

Pompilius Numa.

Numa item.) Cũ ſub Numa Pompilio, ſecũdo Romanorum rege, Romani cũ omnibus finitimis pacem haberent, ueritus Numa ne luxuriarẽt otio animi, quos metus hoſtiũ diſciplinaq́; militaris continuerat, omnium primum, rem ad multitudinem imperitam, & illis ſeculis rudem, efficaciſſimã, deorum metũ inijciendum ratus eſt, qui cum deſcendere ad aníos ſine aliquo cõmento miraculi non poſſet, finxit ſibi cum dea Aegeria cõgreſſus nocturnos eſſe, eiusq́; ſe monitu ſacrificia ĩſtituere

lis ridendum commentũ? Vt ne quid dicam de Minoe deq; Numa, quorum uterque fabuloſis inuentis ſtultam multitudinem rexit. Huiuſmodi nugis cõmouetur ingens ac potẽs illa

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tuere,legesq́; ferre: Hæc ferme Liuius. Belua populus.) Plato libro de republi.6.dicit,Sophiſtas nihil aliud docere,quàm uulgi ſententias,in quibus cũ congregatus fuerit,conſentiunt,hancq́; uocare ſcientiã. Veluti ſi quis θρέμματος μεγάλου, καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου, Id eſt,beſtiæ magnæ robuſtæq́; nutritæ iras & cupiditates ſingulas obſeruarit,qua ratioōe hoc adire tractareq́; deceat,qbus rebus miteſcat,& quibus acerbius fiat,quibus placetur,quibusq́; irritetur. Dicitq́;,ſophiſtas ſingula nominare ad illius beſtiæ ingẽtis opinionem,bona uidelicet dicere,quibus delectatur,mala uero, qbus ipſa beſtia offenditur,neq́; aliam ullam de his afferre rationem: Hæc Plato. Sed & nõnulli cõcionatores noſtri temporis non multum ſophiſtis illis uulgaribus diſſimiles eſſe uidentur. Quippe qui magis in cõcionibus blaterant, quæ mercatoribus mulierculisq́; grata eſſe putant,quibus & aliquid pecuniolæ corradere queãt,quàm ea quibus uulgus ad pietatem trahi poſſit. Horatius item Platonem imitatus,uocat populum beluam multorum capitum. Socratis dogmata.).i.decreta: Cuiuſmodi ſunt illa,Satius ẽ iiuriam pati q̃ facere.et, mors nihil eſt mali.et,philoſophia nihil aliud ẽ q̃ meditatio mortis. Deciis

Fortitudinis laus ſtultitia.

Socratis dogmata.

**illa belua,populus. At rurſum, quæ ciuitas unq̃ Platonis,aut Ariſtotelis leges, aut Socratis dogmata recepit? Tum autẽ quæ res Deciis perſuaſit, ut ultro ſeſe diis**

f 3

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Decij. Q.Curti⁹ Cādidati. Cōgiariū.

*is perſuaſit.) Nam Decij pro ſalute reip. ſe deuouerunt: pater (ut Liuius ſcribit decad.1.lib.8.) in bello Latino, filius (ut idem lib.10.teſtatur) in bello quod aduerſus Vmbros, Hetruſcos, et Samnites geſtum eſt. Q.Curtiū.) Notiſſima eſt hiſtoria. Candidatum.) Candidati uocantur, qui magiſtratum petunt, quos mos erat nomenclatore præeunte blande ſalutare, hunc patrem uocantes, hunc fratrem, hunc dominū, ut ſibi fauerent. Cōgiarijs.) Congius menſuræ genus. unde congiarium, qđ modo ꝑ munere qđ datur populo à pricipe, modo pro menſura accipitur. Signum aliquod.) Signa ſtatuæ dicuntur. Aeneum ſtare.) Alluſit ad illud Horatianū: Aut æneus ut ſtes. Ponebantur enī æneæ ſtatuæ benemeritis in circo aut ī foro Romæ. Nominū & cognominum.) Mi*

diis manibus deuouerent? Quid Quintum Curtium in ſpecum traxit, niſi inanis gloria, dulciſſima quædam Siren, ſed mirū quàm à ſapiētibus iſtis damnata? Quid enim ſtultius, inquiunt, quàm ſupplicem candidatū blādiri populo, cōgiariis fauorē emere, uenari tot ſtultorꝫ applauſus, acclamationibus ſibi placere, ī triumpho ueluti ſignum aliqđ populo ſpectādum circumferri, æneum in foro ſtare? Adde his noīm et

rus co

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cognoĩm adoptiones. Ad de diuiños honores homũcioni exhibitos, adde publicis ceremoniis ĩ deos relatos etiã ſceleratiſſimos tyrãnos. Stultiſſima ſũt hæc, & ad quæ ridẽda nõ unus ſufficiat Democrit⁹. Quis negat? Atqui hoc fonte nata ſunt fortium heroum facinora, quæ tot eloquentium uirorum literis in cœlum tolluntur. Hæc ſtultitia parit ciuitates, hac conſtant impia, magiſtrat⁹, religio, conſilia, iudicia, nec aliud om̃ino eſt uita humana, q̃ ſtultitiæ luſus quidã. Iam uero ut de artibus dicam, quid tandem mortalium ingenia ad excogitandas prodendasq́; poſteris, tot egregias (ut putant) diſciplinas excitauit, niſi glo riæ

*rus tumultus de adoptione noĩm Antonini Pij, Alexandri, Augusti, ut patet ex Aelio Spartiano et alijs.* In deos relatos.) *Romæ ſolent defunctos ĩpatores miris quibuſdã ceremonijs in deos referre, extructa turri lignea præalta, ĩ hac cõgeſta ui ſtipularũ et aromatũ, ĩ ſummo erat aq̃la alligata tenui funiculo. Is ſimulatq; ſolutus eſſet ĩcẽdio, auis ſumma petebat. Gratiſſimus interim odor nares oĩm ꝑuadebat, ueluti aĩæ ĩperatoriæ* pe

Artiũ repertrix ſtultitia.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*petentis cœlum.*

*Aliena fruimini inſania.*) Retulit Plinij Cæcilij ſententiã, Optimũ ẽ aliena frui ĩſania. Inſaniunt nõ ſolum q ſtulte qd agũt, uerũetiã q ĩmodice. unde qui nõ æſtimãdis uigilijs, diſciplinas uel inueniunt, uł expoliũt, ĩſanis laboribus proſunt alijs. Et horũ ĩſania fruũtur, q iuuãtur illorum uigilijs.

*Ignẽ aquæ miſceas.*) Pugnat enĩ ex diametro, qđ aiũt, prudentia cum ſtultitia. Eſt aũt ꝓuerbiũ apđ græcos quo ἀδύνατον, id ẽ, quod

*Prudentia penes ſtultos uerior.*

riæ ſitis? Tãtis uigiliis, tantis ſudorib⁹, famam neſcio quam, qua nihil eſſe poteſt inanius, redimẽdam putarunt homines uere ſtultiſſimi. Sed interim ſtultitiæ tot iam egregia uitæ commoda debetis, quod' ꝙ eſt longe dulciſſimum, aliena fruimini ĩſania. Ergo poſt eaquam mihi fortitudinis & induſtriæ laudem uindicaui, quid ſi prudẽtiæ quoque uindicem? Sed dixerit aliquis eadẽ opera ignem aquæ miſceas, licebit. Verum hoc quoque ſucceſſurum arbitror, ſi uos modo quod antehac feciſtis, auribus atꝙ animis fauebitis. Principio ſi rerum uſu cõſtat prudentia, in utrũ magis cõpetet eius cognominis honos, in ſapientẽ, qui par

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quod fieri non poteſt, ſignificāt πῦρ ὕδατι μιγνύναι, i. ignem aquæ miſcere. Quo uſus eſt Plutarchus ī libello περὶ πρώτου ψυχροῦ. i. de prima frigiditate. Neq; pudor quo uacat.) i. quo caret. Nam duo potiſſimum reddunt nos timidos, pudor, qui eſt metus iuſtæ reprehenſionis, & periculum, quod intelligimus. Vnde Lucianus in epiſtola ad Nigrinū ait: τὸ λελογισμένον ὀκνηροὺς ποιεῖ. τὸ δὲ ἀμαθὲς θρασεῖς. i. prudentia ſegnes facit, inſcitia autē audaces. Verā ni fallor.) Huiuſmodi quædā A. Gellius p̄didit in philoſophos umbraticos, uerū hæc iocās trahit ad ſtultorum expientiā, q ſuo malo fiūt paulo minus ſtulti: hāc Plinius miſeram prudētiā uocat.

partim ob pudorē, partim ob animi timiditatē nihil aggreditur, an in ſtultum, quem neq; pudor quo uacat, neq; periculum, quod non perpendit, ab ullla re deterret? Sapiens ad libros ueterū cōfugit, atq; hic meras uocū argutias ediſcit. Stult⁹ adeūdis cominus q̄ periclitandis rebus, ueram (niſi fallor) prudētiam colligit. Id qđ uidiſſe uidetur Homer⁹, etiamſi cæcus, cū ait, ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Etiāſi cæcus.) Subeſt facetia in uocibus, uidiſſe et cæcus. Nā hic uidere p̄ itelligere poſitū eſt, & ſunt q tradāt Homerū oculis captū fuiſſe. ῥεχθὲν δέ τε νή-

Sunt

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

πιος ἔγνω.).i.Factum etiam ſtultus cognouit. Expertus ſtultus ſuo doctus malo, tum demum intelligit. At ſapientis, qui ratione & cõſilio ducitur, non eſt dicere nõ putarā. Sumptū eſt ab Homero Ilia.16. Heſiodus dixit, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.i. paßus etiā ſtultus nouit. Qui fumum offundit.) Vnde Plinius ſpeciem inſaniæ quam gignat ſtrychnum herba, quam medici uulgo ſolatrū appellāt, luſum pudoris uocat. Videmus enim pudore fieri nõnunq̃, ut homīes ꝓrſus delirēt, et aliud pro alio reſpõdeāt. Nunq̃ pudeſcere.) nā his temporibus ubiq; plus ualet audacia q̃ ſapiētia. Quod ſi prudētiā.) Trifariā enī accipiūt prudētiam. Vel qua præuidemus futura, uł q̃ rerum uſu collecta ſit, uł ī genere, quæ rerū iudicio & cognitione conſtat.

Ielius iucāt ſtulti

Sunt enim duo præcipua
ad cognitionem rerum pa
rādam obſtacula, pudor q
fumum offundit animo, et
metus, qui oſtenſo pericu-
lo, dehortatur ab adeundis
facinoribus. At his magni-
fice liberat ſtultitia. Pauci
mortales intelligunt ad q̃
multas alias quoque com-
moditates conducat, nun-
quam pudeſcere, & nihil
non audere. Quod ſi pru-
dentiam accipere malunt
eam, quæ rerū iudicio con
ſtat, audite obſecro quàm
procul abſint ab hac, q hoc
no

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ſtat. Ea poteſt eſſe uel citra experientiam.* Seſe uenditant.) *Eleganter dixit uenditant pro iactant.* Alcibiadis Silenos.) *Sileni dicuntur ſenes ſatyri, dicti ſunt autem Sileni παρὰ τὸ σείεσθαι περὶ τὸν ληνὸν, quod circa torcular uerſarentur. qui enim uuas calcabant, hoc nomine uocabantur. Nominatĩ aũt pædagogus Bacchi, quem Syneſius caluũ fuiſſe ſcribit, cuius etiam Ouidius meminit, Silenus uocabatur. Erant etiam ſileni ſtatuæ quæ deforis ridiculæ erant, intus diuinas imagĩes continebãt. Quibus elegãter Alcibides in conuiuio Platonis, Socratẽ cõparat, q̃ is foris bardus ac ſtupidus, intus autẽ merum numẽ uideretur.*

noĩe ſeſe uenditant. Principio cõſtat res oẽis humanas, uelut Alcibiadis Silenos, binas habere facies, nimiũ ĩter ſeſe diſſimiles: adeo, ut qđ prima (ut aiũt) frõte mors eſt, ſi interius inſpicias, uita ſit: cõtrà, q̃d uita, mors: qđ formoſum, deforme: qđ opulẽtũ, id pauprimũ: qđ infame, glorioſum: quod doctum, indoctum: quod robuſtum, imbecille: quod generoſum, ignobile: quod lætum, triſte: quod proſperũ, aduerſum: quod amicum, inimicũ: qđ ſalutare, noxiũ: breuiter, omnia repente uerſa reperies, ſi Silenũ aperue-

Sileni.

Putida ſapientũ iudicia.

Pin-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ris. Id ſi cui forte nimis phi loſophice dictum uidetur, age pinguiore (quẽadmo dũ dici ſolet) Minerua pla nius faciam. Quis regẽ nõ & opulentum, & dominũ fatetur? Atqui nullis animi bonis inſtructus eſt, atq; ni hil illi ſatis eſt, iã uidelicet pauperrimus eſt. Tum ani mum habet plurimis addi ctũ uitiis, iam turpiter ſer uus eſt. Ad eundem modũ in cæteris quoque philoſo phari liceret. Sed hoc exẽ pli uice poſuiſſe ſatis ſit. At quorſum hæc? inquiet ali quis. Audite quo rem de ducamus: Si quis hiſtrioni bus in ſcena fabulam agen tibus ꝑſonas detrahere co netur, ac ſpectatoribus ue ras natiuaſq; facies oſtẽde re, non ne is fabulam oẽm per

*Piguiore quẽadmodum.) Hoc ꝓuerbio ſignificamus nos planius et apertius loqui. nam docti q̃dã rem per ſe clarã, ſic explicant argute, ut intelligi nõ poſſit: quẽadmodum Plato nũeris ſuis tenebras offũdit philoſophiæ. Si quis.) Mira et faceta argutia, & arguta facetia, ꝓpoſitionẽ hãc colligit. Fabulam agentibus.) Agũt hiſtriões, q̃ repræſentant, unde & actores dicti. Perſonas detrahere.) Perſona hoc loco uultus eſt appoſi-*

Perſona.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

peruerterit, dignuſq́ꝫ habe
atur quem om̃es è theatro
uelut lymphatum ſaxis eii
ciant? Exorietur autem re
pente noua rerum ſpecies,
ut qui modo mulier, nunc
uir: ꝗ modo iuuenis, mox
ſenex: qui paulo ante rex,
ſubito Dama: ꝗ modo de-
us, repente hom̃unculus ap
pareat. Verũ eum errorem
tollere, eſt fabulam om̃em
perturbare. Illud ipſum fi-
gmentum & fucus eſt, qđ
ſpectatorũ oculos detinet.
Porro mortalium uita oĩs
quid aliud eſt, quàm fabu-
la quæpiam, in qua alii aliis
obtecti ꝑſonis procedunt,
aguntq́ꝫ ſuas quiſqꝫ partes,
donec choragꝰ educat è ꝑ
ſcenio? Qui ſæpe tamẽ eũ
dẽ diuerſo cultu ꝓdire iu-
bet, ut qui modo regẽ pur
pura

*poſititius, ut qui regem aut fœminam, ſenẽ aut iuuenem imitatur. unde ꝑſonati dicuntur.* Veluti lymphatũ.) *i. furioſum & laruatũ, quẽ græci* νυμφόληπτον *uocant.* Subito Dama.) Horatius aliquoties Damã uocat obſcurum & ignobilẽ: Vt ne tegã ſpurco Damæ latus? Perſius itẽ Satyr. 5. Hic Dama eſt nõ treſſis agaſo, Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax. Donec chora.) Græci uocant χορηγὸν principem.

Choragus

*aut ducem choreæ. Significat & eum qui ſuppeditat neceſſaria. Vnde & choragium, ut ſuperius admonuimus.*

*Sed hæc fabula.) Vitam intelligit, in qua nihil ſyncero rerum iudicio geritur, ſed umbris & ſimulacris rerũ ducimur omnes.* Deum ac dominum. (Hunc titulum *exegit etiam* Domitianus *imperator*. Martialis: *Edictũ domini deiq́; noſtri*. Et malo principe nulla belua nocentior. Notum eſt illud Diogenis, qui cum conſcenſo ſuggeſto, ſubinde clamaſſet uelut concionaturus, ἀκούετε ἄνθρωποι. i. *audite homines, iamq́; frequens multitudo cõcurrens, iuberet quæ uellet prolo qui, Ego (inquit) hoĩes cõuocaui, in uobis q̃d hoĩs uideo? ſignificãs non eſſe dicẽdos homĩes, q̃ more brutorum aĩantium, affectibus ducerentur, non ratione.* Qđ *tã multis.) Quot uitijs obnoxius es, tot habes dominos, & ij non nunq̃ diuerſa im* pe-

*Princeps malus.*

*Luctus mortui ſtultus.*

puratum egerat, nunc ſeruulũ pannoſum gerat. Adumbrata quidẽ om̃ia, ſed hæc fabula non aliter agit̃. Hic ſi mihi ſapiens aliquis cœlo delapſus, ſubito exoriatur, clamitetq́ hũc quẽ oẽs ut deum ac dñm ſuſpiciũt, nec hominem eſſe, q̃d pecudũ ritu ducat̃ affectibus, ſeruum eſſe infimum, quod tã multis, tamq́ fœdis dominis ſpõte ſeruiat. Rurſum alium, qui parentem extinctum luget, ride re

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*perant. Auaritia cogit quærere, amor cogit inſumere. Quod eleganter depinxit Perſius Satyra quinta. De mens ac furioſus.) Non mirum quod apud ethnicos rudi populo fuit inuiſa ueritas. Nec Chriſtiani hæc quæ ueriſſima ſunt, ferre poſſunt. Et quando præſtabimus ueram uirtutẽ, ſi faciem illius ferre non poſſumus, ſi à commemoratiõe quoq; abhorret anĩus?*

*Præpoſtera ſapientia.) Veluti ſi q̃s ſapiẽs uideri uelit inter ſtultos, aut in re ſtulta. Foroq; nolit uti.) Prouerbium eſt ex Phormione Terentiana. Foro dicuntur uti, q̃ ſeſe accõmodãt loco et t̃pi. Sumptũ à negotiatorib⁹, qui merces uẽdunt, nõ ut deſtinarãt domi, ſed ut deprehẽderĩt fori ſtatum, q̃ uarius eſt.*

Vti foro.

re iubeat, quod iam demũ ille uiuere cœpit, cum alio qui uita hæc nihil aliud ſit quàm mors quædam. Porro alium ſtẽmatis gloriantem, ignobilẽ ac nothum appellet, quod à uirtute lõge abſit, quæ ſola nobilitatis ſit fõs, adq; eundem modum de cæteris om̃ibus loquatur, quæſo quid is aliud egerit, niſi ut demẽs ac furioſus omnib⁹ eſſe uideatur? Vt nihil eſt ſtultius p̃poſtera ſapiẽtia, ita peruerſa prudẽtia nihil imprudẽtius. Siquidẽ p̃uerſe facit, qui ſeſe non accõmodet rebus p̃ſentibus, foroq; nolit

uti,

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*eſt. Eſt diligentius explicatum in Chiliadibus Eraſmi.*

**Leges in conuiuijs.**

*ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι. i. aut bibe, aut abi. Veteres in conuiuijs ſortiebantur reges, q cuiq; cyathorum modum præſcriberēt. Ponebantur & leges iocoſæ, quarum hæc una eſt, quæ in prouerbium abijt, quo ſignificabant aut obſeruiendum moribus eorum inter quos agis, aut diſcedendum. Sic Cato diſceſſit è Floralibus, quod uultus ſeueritatem mutare non poſſet. Cum ſis mortalis.) Iuxta illud Catonis: Cum ſis mortalis, quæ ſunt mortalia cura. Item illud Socratis: Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Vel cōniuere.) Vt diſſimules te ſentire quod ſentis. Vel comiter.) .i. ciuiliter, ut ciuilitatis & urbanitatis cauſa uere tibi pſuadeas rectum eſſe quod nemo nō ſequatur. Cæterū illud ò dij.) Oſtēdit propoſitionē eſſe duriuſculā, quā aggre di-*

uti, nec ſaltē legis illius cōuiualis meminerit, ἢ πίθι ἢ ἄπιθι, poſtuletq́ ut fabula iam non ſit fabula. Cōtrà, uere prudētis eſt, cum ſis mortalis, nihil ultra ſortē ſapere uelle, cumq́ uniuerſa hominum multitudine uel conniuere libenter, uel comiter errare. At iſtud ipſum (inquiūt) ſtultitiæ eſt. Haud equidem inficias iuerim, modo fateantur illi uiciſſim, hoc eſſe uitæ fabulam agere. Cæterū illud ò dii īmortales, eloquar'ne an ſi-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

an ſileam? Cur autem ſile-
am, cũ ſit uero uerius? Sed
ꝓſtiterit fortaſſis in re tan-
ta Muſas ex Helicõe accer
ſere, quas poetæ ſæpius ob
meras nugas aduocare ſo-
lent. Adeſte igitur pauliſꝑ
Iouis filiæ, dũ oſtendo nec
ad egregiam illam ſapienti
am, ac felicitatis (ut ipſi uo
cãt) arcem, aditum eſſe cui
quam niſi ſtultitia duce. Iã
primũ illud in confeſſo ẽ,
affectus om̃es ad ſtultitiam
pertinere. Quãdoquidem
hac nota à ſtulto ſapientem
diſcernunt, quod illũ affe-
ctus, hunc ratio temperat.
Eóq; Stoici ꝑturbationes
oẽs ceu morbos à ſapiente
ſemouent, uerum affectus
iſti non ſolum pædagogo
rum uice funguntur ad ſa
pientiæ portum properá-
ti

*ditur.* *Quas poetæ.)* *Obiter taxat poetas, q̃bus hoc familiare eſt, ſubinde inuocare Muſas.*

*In confeſſo eſt)* *In confeſſo eſt id de quo nulla ẽ cõtrouerſia.* *Affectus omneis.)* *Quos græci* πά-θη *uocãt, Latini perturbationes, aut cupiditates, quibus Plato in Phædõe, tanquã clauis quibuſdã animam corpori dicit affigi.*

*Pædagogorũ uice)* *Hæc ẽ opinio Peripateticorũ, qui putant affectus ueluti ſtimulos à natura datos, quibus exci*

Affectus.

g te-

*temur ad uirtutem. Quanquam hanc acriter refellit Seneca. Et apte dixit, pædagogorum: Nam imbecilles adhuc, et ueluti pueri ducimur affectibus. Aſſecuti ſapientiam, cõtemptis illis, ſolo ratiõis ductu gubernamur. In ciuitate Platõis) Nã is ita deſcripſit formã reip. ut nemo ſeq̃ uoluerit. Iocatur & Lucianus ĩ ueris narrationib. Platonẽ ſolũ ĩ ſua uiuere ciuitate.*

*In idearũ regione.) Plato formas quaſdã ponit, à materia ſeparatas, in mẽte diuina, quas irriſit Ariſtoteles. Alluſit aũt ad regiões fabuloſas, lu-*

ἀπάθεια Stoicorũ.

tibus, uerũ etiam ĩ omĩ uirtutis functione, ceu calcaria ſtimuliq́ȝ qdã adeſſe ſolent, uelut ad bene agendũ exhortatores. Quanq̃ hic fortiter reclamat bis ſtoicꝰ Seneca, qui prorſum oẽm affectũ adimit ſapienti. Verum cũ id facit, iam ne hominem quidem relinquit, ſed nouũ potius deũ quẽdam δημιουργεῖ, qui nuſquã nec extitit unquã, nec extabit: imò ut aptius dicã, marmoreum hoĩs ſimulacrum conſtituit, ſtupidum, & ab omĩ prorſus humano ſenſu alienũ. Proinde ſi libet, ipſi ſuo ſapiente fruantur, citraq́ȝ riualem amẽt licet, cumq́ȝ eo uel ĩ ciuitate Platonis, uel ſi malint ĩ idearũ

re

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*lunæ, ſolis, nubium, uẽtorum, de quibus multa Lucianus in ueris narrationibus.* In Tantalijs hortis.) *Prouerbium eſt Græcis, cum ſignificant aliquid nuſquam eſſe, quod putent fabulas eſſe, quæ poetæ de miſeris referunt.*

Tantali horti.

*Quàm ſi dura.) Eleganter intexuit carmen Maronis è ſexto Aeneidos de Didone.* Lynceus quiſpiã.) *Hic propemodum in prouerbium abijt, ob incredibilem oculorum proſpicientiam.* Horatius in epiſtol. *Non poſſis oculo quantum contẽdere Lynceus, Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.* Ad amuſſim perpẽdat.)

Lynceus.

ad amuſsi.

regione, uel in Tantaliis inhabitẽt hortis. Quis enim non iſtiuſmodi hominem ceu portentum ac ſpectrũ fugitet horreátque, qui ad omnes naturæ ſenſus obſurduerit, qui nullis ſit affectibꝰ, nec amore, nec miſericordia magis commoueatur, quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes, quem nihil fugiat, qui nihil erret, ſed ceu Lynceus qſpiã nihil nõ ꝑſpiciat, nihil non ad amuſſim perpẽdat,

*Id eſt, accuratiſſime: ſic Gellius libro primo: Ad hæc, ſcripta oĩa antiquiora tã curioſe ꝑſpectabat aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium factũ ad amuſsi diceres. Eſt autem amuſſis fabrorum lapidicidarũq; linea, qua ad dirigenda ligna, ſaxaq; utuntur.*

Stoicus ſapiens.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Nihil ignoſcat.) Nã Stoici dicũt, πάντα τὰ ἁμαρτήματα ἴσα εἶναι. i. Omnia peccata eſſe æqualia: ab alijsq; quos ſtultos uocant, nihil non perperam fieri. Vnde illud Perſij Satyra. 5. Digitum exere peccas. Et quid tam paruum eſt? ſed nullo thure litabis. Qui ſolus ſe ipſo contentus.) παράδοξον enim Stoicorum eſt, τὸν σοφὸν αὐτάρκη εἶναι, Id eſt, ſapiẽtem ſibijpſi ſufficere. Sicq; Plutarchus ait in libello, cui titulum fecit περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, αὐτάρκης ἔσῃ ἐὰν μάθῃς, τί τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστι, τρυφήσεις ἐν πενίᾳ καὶ βασιλεύσεις. i. Tibijpſi ſufficies, ſi didiceris quid honeſtum & bonum, deliciaberis in paupertate, et regnabis.

Stoicorũ Paradoxa.

Solus diues.) Eſt & hoc παράδοξον, ὅτι μόνος σοφὸς πλούσιος. i. quod ſolus ſapiens diues ſit. Horatius in epiſtolis: Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regũ, Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt. Et Plutarchus in eodem libello, quem modo citauimus, οὐ βιώσῃ φιλοσοφήσας ἀηδῶς, ἀλλὰ πανταχοῦ ζῆν ἡδέως μαθήσῃ, καὶ ἀπὸ πάντων, εὐφρανεῖ σε πλοῦτος, πολλοὺς εὐεργετοῦντα, καὶ πενία πολλὰ μὴ μεριμνῶντα, καὶ δόξα τιμώμενον, καὶ ἀδοξία μὴ φθονούμενον. i. Non uixeris, ſi philoſopheris iniucunde, ſed ubiq; uiuere læte diſces, & ab omnibus, de-

dat, nihil ignoſcat, qui ſolꝰ ſe ipſo ſit contentus, ſolus diues, ſolus ſanus, ſolꝰ rex,

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*delectabunt te diuitiæ de multis benemerentem, & paupertas non multa curantem, & gloria quod honoreris, & ignobilitas quod non inuidearis.* Qui nullum *moretur.)* Id eſt, curet. *Stoico ſapienti nec amico ē opus, ut qui omnia conſtituat in ſe ipſo.* Mandare laqueū.) Hoc prouerbio extremū contemptum ſignificamus. Iuuenalis de Democrito Satyra decima: Cum fortunæ ipſe *minaci Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet unguem.*

ſolus liber: breuiter, om̄ia ſolus, ſed ſuo ſoli⁹ iudicio, qui nullū moret̃ amicum, ipſe amic⁹ nemini, q diis q̊ ꝗ ipſis nō dubitet mādare laqueum, qui quicquid in omni uita geritur, uelut inſanum damnet, rideat́ ꝗ? Atqui huiuſmodi animal eſt abſolutus ille ſapiens. Quæſo, ſi res agatur ſuffragiis, quæ ciuitas iſtiuſmodi magiſtratū ſibi uelit, aut quis exercitus talem optet ducem? imò quæ mulier id genus maritum, quis conuiuator eiuſmodi conuiuam, quis ſeruus talibus moribus dominum uel optet, uel ferat? Quis autē nō malit uel unum quemuis de media ſtultiſſimorum hominum plebe, qui ſtult⁹ ſtultis uel impare poſſit, uel parére, qui



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſui ſimilib⁹ placeat, ſed quàmplurimis, qui comis ſit in uxorem, iucundus amicis, bellus conuiua, conuictor facilis: poſtremo, qui nihil humani à ſe alienũ putet? Sed me quidem iamdudum iſtius ſapientis piget. Quare ad reliqua commoda ſeſe recipiat oratio. Agedum, ſi quis uelut è ſublimi ſpecula circũſpiciat, ita ut Iouem poetæ facere prædicant, quot calamitatibus hominum uita ſit obnoxia, quàm miſera, quàm ſordida natiuitas, quàm laborioſa educatio, quot iniuriis expoſita pueritia, quot ſudoribs ad acta iuuentus, quàm grauis ſenectus, q̃ dura mortis neceſſitas, deinde in omni uita, quot morborum agmina infeſtẽt, quot immineãt caſus, quot ingruant incommoda, quàm nihil uſquam nõ plurimo felle tinctum, ut ne commemorẽ iſta, quæ homini ab homine inferuntur mala: quod genus ſunt, paupertas, carcer, infamia, pudor, tormenta, inſidiæ, proditio, cõuitia, lites, fraudes. Sed ego iam plane τὸν ἄμμον ἀναμετρεῖν aggredior

*Sola ſtultitia cõſolatur huius uitæ miſeriam.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

τὸν ἄμμον ἀναμετρεῖν.) Id ẽ, arenã percenſere, ſiue cõmetiri. Prouerbiũ eſt de re ĩpoſſibili. Sĩle illi Theoc. in Charitibus: ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν. Ideſt, Metiri ſimilis labor eſt in littore fluctus, quod eleganter & Maro expreſſit libro Georgicôn ſecundo. Mileſiarũ uirginum.) Mileſias uirgines mirus quidam amor ſpontaneæ mortis quondam inuaſerat, ut refert Au. Gellius. Diogenes, Xenocrates.) ἑτέρωσις eſt nũeri feſtiuitatis cauſa. Hi omnes ſibi mortẽ accerſiuere. De Diogene & Xenocrate prodidit Laertius: de Bruto, Caſſio, & Catone, Plutarchus. Chiron.) Ab hoc edoctus fuit Achilles, cui cũ ob iuſtitiam dij permitterẽt, ut ꝑpetuo uiueret, ma-

Arenã metiri.

or. Porro quibus admiſſis iſta commeruerint homines, aut quis deus iratus eos in has miſerias naſci coegerit, non eſt mihi fas in præſentia proloqui. Verũ iſta qui ſecum perpendat, non'ne Mileſiarum uirginum probabit exemplum, etiamſi miſerandũ? At qui nam potiſſimum ſibi uitæ tædio fatũ accerſiuere? Nõne ſapientiæ confines? Inter quos, ut interĩ Diogenes, Xenocrates, Catones, Caſſios, ac Brutos ſileam, Chiron ille cum immortalem eſſe liceret, ultro mor-



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tem ꝑoptauit. Videtis opinor, quid futurꝝ ſit, ſi paſsī ſapiant hoīes: nempe altero luto, altero figulo Prometheo opus fore. Verū ego partim ꝑ ignorātiam, partim ꝑ incogitātiam, nō nunq̄ per obliuionem malorū, aliqñ ſpem bonorū, aliquoties nonnihil mellis uoluptatibus aſpergēs, ita tantis in malis ſuccurro, ut ne tum quidem libeat uitā relinquere, cū exacto Parcarꝝ ſtamine, ipſa iamdudū eos reliquit uita: quoq; minus ſit cauſæ, cur ī uita manere debeant, hoc magis iuuet uiuere, tantum abeſt ut ullo uitæ tædio tangantur. Mei nimirum muneris ē, qđ paſſim Neſtorea ſenecta ſenes uidetis, quibus iā ne ſpecies quidem hoīs ſuper

*luit mori, ꝙ offēderetur tædio rerū ſempꝑ eodē tenore recurrentium. Ita Lucianꝰ* ἐν νεκρικοῖς.

*Altero luto.) Ridet obiter fabulā quæ narrat Prometheū hoīs ſimulacrum ex argilla finxiſſe. Deī de ſublato Iouis igne, īdidiſſe mentem.*

Prometheus.

*Parcarū ſtamīe.) Hi dicuntur* ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον, *.i. ultra colū uiuere. Taxat obiter turpem uitæ cupiditatē, etiā ī decrepitis.*

Neſtor.

*Neſtorea ſenect.) Neſtorea ſenecta, ꝑ q̄tumuis magna dixit, ꝙ apđ Home-*

*merum tres hominum ætates uixiſſe dicitur. Vnde illud Iliados primo: τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίαθο, Id eſt, Hunc iam duo quidem ſecula hominum præterierunt Et paulo poſt, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν. i. cum tertijs autē regnabat.* ῥυπῶντας.) *i. ſordentes, ſiue ſqualidos:* κυφούς. *i. incuruos:* ῥυσούς. *i. rugoſos:* μαδῶντας. *i. glabros ſiue caluos, hoc eſt, nullos habentes pilos:* νωδούς. *i. edentulos:* ψωλούς. *i. carentes mentula. His epithetis Carion ſeruus deſcribit ſenes in Pluto Ariſtophanis.* Adeóque νεανίζειν.) νεανίας *iuuenis, inde* νεανίζειν *id eſt, iuueniliter agere. quod Horati. dixit iuuenari.* Appoſititia coma.) *Hanc q̄dā galericulum uocāt. Id frequens ē apud Hiſpanos.* Dētib. utitur.) *Quidā edētuli, dētes arte gĩgiuis ĩſertos habent, nō ſuos, ſed forte porci cuiuſpiam.* Quemuis etiam

**pereſt, balbos, deliros, edētulos, canos, caluos, uel ut magis Ariſtophanicis eos deſcribā uerbis, ῥυπῶντας, κυφούς, ἀθλίους, ῥυσούς, μαδῶντας, νωδούς, καὶ ψωλούς, uſq; adeo uita delectari, adeoq; νεανίζειν, ut ali⁹ tīgat canos, alius appoſititia coma caluitiū diſſimulet, alius dētibus utat̃ mutuo fortaſſis à ſue q̄piā ſumptis, hic in puellā aliquā miſere depeat, & amatoriis ĩeptiis quēuis etiam**

 ſu-

*ſuperent.)* Nulli iuuenes inſaniunt impotentius, quàm ſenex, ſi cœperit amare. Nam ferrum, cui ſenex ſimilis ẽ, ob membrorum ſiccitatem & frigiditatem, ut haud facile incaleſcit, ita ſi ſemel incaluerit, omnium tardiſſime frigeſcit, caletq́ꝫ maxime. Nihil autem turpius amatore cano, uel Ouidio teſte: Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Nunc & militant & amant paſſim ſenes.

Silicernia

Silicernia.) Terẽtius in Adelphis, ſenem ſilicernium uocat, uel quod incuruus cernat ſilices, uel quod mox ſilẽtibus umbris cernendus ſit. unde Græcis ſenex γέρων dicitur

γέρων.

παρὰ τὸ εἰς γῆν ὁρᾶν. i. à terrã ĩſpiciẽdo, uľ παρὰ τὸ ἐπὶ γῆς ἐρᾶν. i. à terram amãdo, ꝙ ꝓpinq morti, iã de ſepultura ſoliciti ſint.

Capulares

Capulares itẽ uocat decrepitos, quaſi iam capulo ꝓximos. Capulus eſt loculus cadauerum. φῶς ἀγαθόν) id eſt, lumen bonum. Vita lumẽ

etiam ſuperet adoleſcentulum. Nã ut capulares iam, meraq́ꝫ ſilicernia, teneram aliquam iuuenculam ducant uxorem, eamq́ꝫ & indotatam, & aliis uſui futuram: id adeo frequens, ut propemodum & laudi detur. Sed multo etiam ſuauius, ſi quis animaduertat anus, lõgo iam ſenio mortuas, adeoq́ꝫ cadauerofas, ut ab inferis rediſſe uideri poſſint, tamẽ illud ſemper in ore habere, φῶς ἀγαθόν, ad

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eſt. Id autem dictum eſt ab anu quapiam moriente, quam etiamnum iuuabat uiuere. Adhuc catullire.) Catullire uocat more catellarum laſciuire. καπρᾶν.) i. libidinari, ab hircis deducto uerbo. Eſt autẽ Græcis in prouerbio, γραῦς καπρῶσα, ideſt, anus hirciſſans, ut Eraſmus copioſius docet ĩ ſuis Chiliadibus. Aliquẽ Phaonem.) Phaonem poſuit pro quouis formoſo adeleſcentulo. Phaon enim adamatus fuit à Sapphone, nec mutuo tamen adamabat. Ita anus præter ætatis decorum libidinoſæ, pecunia conducũt amatorem. Iuuenalis: Optima certe Nunc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ. Huiuſmodi quandã inducit Ariſtoph. in Pluto. Eſt aũt ἀστεϊσμὸς, quia rem obſcœnam non obſcœnis extulit uerbis. Infimæ pubis ſyluã.) Et hic rem fœdã honeſta περιφράσει texit. Significat autem obſcœnũ mulieris membrum. Huiuſmodi Martialis inducit Ligellã uetulam. Vietas ac putres.) Vietum flaccidum eſt, id quod accidit in aniculis, et carne et humorib. abſumptis, flacceſcunt mammæ. Putres dixit ĩ Odis Horatius: Sed incitat me pectus et mammæ putres, eqna quales hubera. Tre-

mu

Phaon.

Vietus.

**adhuc catullire, atq; ut græci dicere ſolent, καπρᾶν, & magna mercede conductũ aliquem Phaonem inducere, fucis aſſidue uultũ oblinere, nuſquam à ſpeculo diſcedere, ĩfimæ pubis ſyluam uellere, uietas ac putres oſtẽtare mammas, tre**

**mu**

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

muloq́; gannitu languentem ſolicitare cupidinem, potitare, miſceri puellarũ choris, literulas amatorias ſcribere. Ridentur hæc ab om̃ibus, tanquã (uti ſunt) ſtultiſſima: at ipſæ ſibi placent, & in ſummis interim uerſant̃ deliciis, totasq́; ſeſe melle perungunt, meo uidelicet bñficio felices. Porro quibus hæc deridicula uidentur, illud ſecũ expendãt uelim, utrum ſatius ducãt huiuſmodi ſtultitia uitam plane mellitam exigere, an trabem (ut aiunt) ſuſpendio quærere. Porro qđ hæc uulgo putantur infamiæ obnoxia, iſtud nihil ad ſtultos meos, qui malũ hoc aut non ſentiunt, aut ſi quid ſentiunt, facile negligunt. Si ſaxum in caput in

ci

*Stultũ metuere infamiam.*

*muloq́; gãnitu.) Gãnitũ uocat ineptũ cantũ. Alluſit ad illud Horatianum: Et cãtu tremulo pota cupidinẽ Lętũ ſolicitas. Totasq́; ſeſe melle perungunt.) Græcũ ꝓuerbiũ eſt, in eos qui ſe totos ĩmergunt delicijs, ut mellei ſint undiq́;. Refertur hoc explicaturq́; in Eraſmi Chiliad.*

*An trabem (ut aiũt) ſuſp. quær.) ꝓuerbiũ de ſumma deſperatiõe, aut de negotio ĩtolerabili: nã ſolẽt ĩſani qdã ad laqueos confugere. Si ſaxum in caput ĩcidat.)*

Bel

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cidat, id uere malũ ſit. Cæterũ pudor, infamia, probrum, maledicta, tãtum ad ferunt noxæ, quantum ſentiunt. Si ſenſus abſit, ne mala q̃dẽ ſunt. Quid lædit, ſi totus populus ĩ te ſibilet, modo tute tibi plaudas? Atq; ut id liceat, ſola ſtultitia præſtat. Sed mihi uideor audire reclamantes philoſophos: Atq; hoc ipſum eſt (inquiũt) miſerũ, ſtultitia teneri, errare, falli, ignorare. Imò hoc eſt hominem eſſe. Porro miſerum cur uocent, non uideo, quandoquidem ſic nati eſtis, ſic inſtituti, ſic conditi, ea eſt communis omĩum ſors. Nihil autẽ miſerũ, quod in ſuo gñe conſtat, niſi forte quis hoĩem deplorandũ exiſtimet, q̃ neq; uolare poſſit cũ auibus, neq; quaternis ingredi pedibus cũ reliq̃ pecudũ gñe, neq; cornib' ſit obarmatus, quẽadmodũ tauri. Verum is

*Bella diſtinctio ueri, mali, et nõ ueri, plãeq; digna ſtultitia, ſed q̃ tamẽ minimũ placuit uulgo mortaliũ. Si totus populus ĩ te.) Alluſit ad illud Horat. Populus me ſibilat, at mihi plaudo, ipſe domi ſimul ac nummos contemplor in arca.*

*Miſerũ nõ eſt, q̃cquid ſecũdũ naturam eſt.*

Lo

eã

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eadẽ opera, equum etiam belliſſimũ infelicem uocabit, quod neq; grammaticã didicerit, neq; placentis ueſcatur: taurũ miſerũ, quod ad palæſtricam ſit inutilis. Igit̃ ut equus imperitus grãmaticæ, miſer non ẽ, ita nec homo ſtultus, infelix, propterea quod hæc cũ illius natura cohærent. Verum rurſus urgẽt logodædali: Eſt (inquiunt) homini peculiariter addita diſciplinarũ cognitio, quarum adminiculis id quod natura diminutum eſt, ingenio penſet. Quaſi uero ullã ueri faciem habeat, naturam, quæ in culicibus, atq; adeo in herbis ac floſculis tã ſolicite uigilauerit, in uno homie dormitaſſe, ut diſciplinis opus eſſet, quas Theutus ille humano generi infenſus genius, in ſummam pniciem excogitauit, adeo

*Diſciplĩas inutiles eſſe & noxias.*

*Logodædali.) Dædalon Græci uocant ingenioſum. Vnde dædala Circe. unde argutos diſputatores λογοδαιδάλους appellat, qđ arte torqueant ſyllogiſmos. Theutus ille humano generi.) De hoc Theuto Socrates apđ Platonẽ in Phædro ita loq̃tur: Audiui equidem circa Naucratim Aegypti priſcorum quendam*

*Theutus.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dam fuiſſe deorũ, cui dicata ſit auis, quam Ibim uocant, dæmoni autem ipſi nomen Theuth. hunc primum numerum, geometriam, aſtronomiamq́; inueniſſe: præterea luſus talorum, alearum, literasq́;. Erat tunc totius Aegypti rex Thamus, & in ampliſſima eminentiſsimaq́; ciuitate, quas Græci Aegyptias Thebas uocant, & deum ipſum Ammonẽ uocant. Ad hunc Theuth profectus, artes demõſtrauit ſuas, dixitq́; eas diſtribui Aegyptijs cæteris oportere. In hũc ferè modum Plato. Vnde cũ idem dæmon, qui talorum & teſſerarum, ludorum peſtiferorum inuentor fuit, humanas has ſcientias commentus ẽ, conſtat hæc non minus grauiter quàm iocoſe dicta eſſe.

De literarum inuento.) Locus eſt apud Platonẽ, quẽ modo citauim9. Rex enim rogabat Theuth, ad qd conducerẽt literæ qbus ſcribitur. Reſpõdit, ualere ad mẽoriæ ſubſidiũ. At ille demõſtrauit literas officere memoriæ, dũ hoĩes his freti, nõ ĩſcriberent aĩo q̃ audiſsent, ſed chartis.

eo non utiles ad felicitatẽ, ut illi quoq; ipſi officiant, ad quod proprie repertæ dicũtur, ut eleganter arguit apud Platonem rex ille prudentiſſimus de literarũ inuento. Igitur diſciplinæ cum reliquis humanæ uitæ peſtibus irrepſerunt, iiſdẽ autoribus, à quibus oĩa flagitia proficiſcuntur, puta dæmõibus, quibus hinc

no

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nomē etiam inuentū, quaſi δαήμονας, hoc eſt, ſciētes ap pelles. Siquidē ſimplex illa aurei ſeculi gens, nullis armata diſciplinis, ſolo naturæ ductu inſtinctuq́ꝫ uiuebat. Quorſum eñ opus erat grāmatica, cū eadem eſſet omnibus lingua, nec aliud ſermone petebatur, niſi ut alius aliū intelligeret? Quis uſus dialectices, ubi nulla erat pugnantiū inter ſe ſentētiarum dimicatio? Quis rhetoricæ loc⁹, cum nullus alteri negotium faceſſeret? Quorſum requireretur legum prudentia, cum abeſſent mali mores, ex quibus haud dubie bonæ leges prognatæ ſunt? Porro religioſiores erant, quàm ut impia curioſitate arcana naturæ, ſiderū menſu

*tis. Quib. hic nomē etiā.) Græcis enim δαήμονες appellantur ſcientes, à priſco uerbo δαῶ, qđ ē diſco, ſiue ſcio, unde dæmōes appellatos putant grāmatici. Negotiū faceſſeret) .i. moleſtus eſſet ī ius uocādo. Porro rhetorū opa in iudicijs reqre batur. Bonæ leges.) Id teſtatū etiā eſt puerbio, bonas leges ex malis naſci moribus. Vt enī medicina non eßet, ſi nulli fuißet morbi, ita leges nōfuißent, niſi flagitia coegiſſent. Religioſiores erāt*

Dæmones.

Grammatica.

Dialectica

Rhetorica

Leges.

Phyſica.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſuras, motus, affectus, abdi tas rerum cauſas ſcrutarentur, nefas eſſe rati, ſi homo mortalis ultra ſortē ſuā ſapere conaret. Iam quid extra cœlum eſſet, inquirēdi dementia ne in mentē quidem ueniebat. At labente paulatim ætatis aureæ puritate, primū à malis (ut dixi) geniis inuentæ ſunt artes, ſed paucæ, atq; hæ quidē à paucis receptæ. Poſtea ſexcentas addidit Chaldæorꝫ ſuperſtitio, & Græcorꝫ otioſa leuitas, meras ingeniorum cruces, adeo ut uel una grammatica abunde ſatis ſit ad perpetuam uitæ carnificinam. Quanquā inter has ipſas diſciplinas, hæ potiſſimum in pretio ſunt, quæ ad ſenſum communē, hoc ē, ad ſtultitiam, quàm proxi

*erant.) Quaſi ſit impium ſcrutari naturæ arcana, à quibus ī totum abſtinuit Socrates, dicens nihil ad nos attinere, quæ ſupra nos eſſent. Iam qd extra cœlū) Iam hoc loco uim habet connectēdi. Alluſit aūt ad illud Plinianū: Furor eſt profecto, furor egredi ex eo &c. Chaldæorum ſuperſtitio.) Iſti addiderūt aſtrologiam ac magiam. Superſtitionem his tribuit, q; ſtellis diuinitatem tribuerint.*

Maxīe in pretio ſunt artes minime ſapientes.

Frigent phyſici.) Frigent, q negliguntur, nec uigent aut florent. ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων) id eſt, Medicus uir multis æquiualens alijs. Eſt aũt uerſus Homericus, ſumptus ex Iliados. II. quẽ Plato tum alibi, tum in Sympoſio citat. In hoc ipſo genere.) .i. in genere medicorum. Cum periculoſa ſit huius artis profeſſio, mirum tamen eſt, quàm paſſim audeant hanc exercere mulierculæ, idiotæ, errones. Atque hoc magis mirum, eſſe magnates, qui talibus uitam ſuam malunt committere, q̃ uere medico. Adeo uulgus hominũ amat decipi. Niſi ſtatim procul inſpecto lotio, pronunties ſexum, ætatẽ, morbum, & morbi cauſam, medicum non credunt. Nec hoc arbitror ad artis meæ contumeliã pertinere, ſed potius ad gloriam, ſi taxatur illorũ temeritas, qui hanc illotis pedibus aggrediuntur. Atqui medicina.) Plato in Gorgia duas ponit artes, gymnaſticam et medicinam ad corpus, duas item ad animam ptinentes, nomotheticã gymnaſticæ, & iuſtitiã iudiciariam medicinæ correſpõdentẽ. Has quatuor, corpus & animam ait optime curare. Aſſẽta

**me accedũt. Eſuriũt theologi, frigẽt phyſici, rident aſtrologi, negligunt dialectici, ſolus ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Atq; in hoc ipſo gñe quo quiſq; indoctior, audacior, incogitantior'q;, hoc pluris fit etiam apud torquatos iſtos principes. Atqui medicina præſer**

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tatoria uero id ſentiens, quadrifariam ſe diuidit in quatuor illas artes, dumq́; ſic ſemper, non quod optimũ eſt, ſed quod dulciſſimum præbet, plurimos illaqueat. Porro coquinariam medicinam ait ſubire, eiusq́; eſſe ueluti ſimiam: fucatoriam, gymnaſticã imitari: ſophiſticam itẽ, legalẽ: rhetoricam, iudiciariam iuſtitiam. Verum ſi ad medicos noſtri ſeculi reſpexerimus, ut uineta egomet cædam mea, iuxta prouerbium, ipſa medicina magis aſſentationis, quàm artis particula eſſe uidebitur.* Leguleij. *Leguleijs.) Leguleij per contẽptum dicti ſunt, qui non ex literis iureconſultorum, ſed ex formulis & rubricis ius petebant. Vnde & rubricarij dicti ſunt. Velut aſininam.) Propterea quod non ſint inſtructi ſophiſticis argutiis, ſed legibus adductis diſputẽt,* Iureconſulti. *cũ hi tamen propius accedãt ad uerũ, ꝙ hi ꝗ ſibi uidentur acutiſſimi, ꝗbus illud uſu uenit, Nimium altercãdo ueri*

ſertim ut nunc à compluribus exercetur, nihil aliud ẽ quàm aſſẽtationis particula, nõ minus profecto quã rhetorica. Secundum hos proximus datur locus leguleiis, & haud ſcio an primus, quoꝝ profeſſionem, ne quid ipſa pronuntiem, uelut aſininam philoſophi magno conſenſu ridere ſolent. Sed tamen horum aſinoꝝ arbitrio maxima minimaq́; negotia tranſiguntur.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ritas amittitur.* Latifundia.) *Sunt lati fundi.* Plinius *citat illud ceu prouerbio dictum,Italiam perdidere lati-fundia.* Pomeria.) *Id eſt,terminos.Pomerium id ſpatium tam intra quàm extra murum dicebatur, quod intrà omni ædificio,extrà autem omni cultu uacuum relinquebatur.* Liuius *libro.I.* Aggere *&* *foſſis & muro circundat urbem,pomerium profert.* Odit *natura fucos.)* Quæ *enim natiua ſunt,lõge gratiora uenuſtioraq́; ſunt adulterinis atq; fucatis, quod feſtiuiter* Properti. *elegiarũ primo, de floſculis, lapillis & auiculis probat.*Nam *ut* Plinius *lib.27.ait:* Nulli *nulla ẽ facilius loq,q̃ rerũ naturæ pingere.* Quid

tur. His latifundia creſcũt, cum theologus interi excuſſis totiꝰ diuinitatis ſcriniis, lupinũ arrodit, cũ cimicibꝰ ac pediculis aſſidue bellum gerens. Vt igit̃ feliciores ſunt artes, quæ maiorem habent cũ ſtultitia affinitatem, ita longe feliciſſiſimi ſunt hi, quibꝰ prorſus licuit ab omnium diſciplinarum commercio abſtinere, ſolamq́ꝫ naturã ducẽ ſeq, quæ nulla ſui parte manca ẽ, niſi forte mortalis ſortis pomeria tranſilire uelimus. Odit natura fucos, multoq́ꝫ felicius ꝓuenit, qđ nulla ſit arte uiolatum. Agedum, an nõ

ui

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

uidetis ex unoquoque reli quorum animantium genere, ea feliciſſime degere, quæ ſunt à diſciplinis alienissima, nec ullius magiſterio niſi naturæ ducuntur? Quid apibus aut felicius, aut mirabilius? At his ne corporis quidē omnes ſenſus adſunt. Quid ſimile in extruendis ædificiis reperiat architectura? Quis unquam philoſophus ſimilē inſtituit rempublicam? Rurſum equus quoniam humanis ſenſibus affinis ē, & in hominum contubernium demigrauit, humanarum item calamitatum eſt particeps. Quippe qui nō raro dum uinci pudet in certaminibus, ducit ilia: &

*Quid apib.) Plinius lib. 11. de inſectis loquens, ait: Sed īter oīa prīcipatus apibus, et iure præcipua admiratio, ſolis ex eo genere hominū cauſa genitis. Mella contrahūt, ſuccūq; dulciſſimū atq; ſubtiliſſimū ac ſaluberrimū, fauos confingūt ac ceras. Illæ ad uſus uitæ laborem tolerāt, opera conficiunt, remp. habēt, conſilia priuatim, ac duces gregatim. Et qđ maxime mirum ſit, mores habēt. Ariſtoteles quoque libris. 5. & 9. hiſtoriæ animaliū, multa de apū laudibus ſcripſit.* Ducit ilia.) *Sic Horatius in epiſtolis:*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Solue ſeneſcentem mature ſanus equum, ne peccet ad extremum, ridēdus & ilia ducat. Terram ore momordit.) Hemiſtichium eſt Vergilianum de milite moriente, quod imitatum eſt ex illo Homeri Odyſſeæ. 21. loquentis de procis ab Vlyſſe interfectis: οἱ μὲν ἔπειθ᾽ ἅμα πάντες ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας. i. Illi quidem deinde ſimul omnes mordicus ceperunt immenſum ſolum. Et Iliados. 21. γαῖαν ὀδὰξ εἷλον. i. terram mordicus ceperūt.

Lupata.

Lupata frena.) Lupata frena dicūtur aſperrima ad dominādos equos præferoces. Vergilius in Georgicis: Et duris parére lupatis. Dicta ſunt à luporū dentibus, qui ſunt inæquales, & ob id morſus huius animantis magis eſt noxius. Fortes uiros.) εἰρωνικῶς dictū eſt in ſtultos pricipes, qui dū hoſti nocere ſtudēt in ſummum conijciūt ſeipſos diſcrimē. Impēſius hoſtē.) Apologus ē apū Horatium de equo, qui dū conatur ceruū è communibus paſcuis depellere, ſeſſorem tergo, & frenū

ore

in bellis dum ambit triumphum, cōfoditur, ſimulq́ꝫ cum ſeſſore terram ore momordit. Vt ne commemorem interī lupata frena, aculeata calcaria, ſtabuli carcerem, ſcuticas, fuſtes, uincula, ſeſſorem: breuiter, oēm illam ſeruitutis tragœdiā, cui ſe ultro addixit, dū fortes uiros imitatus, impenſius hoſtem ulciſci ſtudet.

Quan

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Quanto optabilior muſcarum & auiculaꝝ uita, ex tẽpore ſoloq́ꝫ naturæ ſẽſu degentium, modo per hominum inſidias liceat. Quæ ſi quando caueis incluſæ, aſſueſcãt humanas ſonare linguas, mirum quàm à natiuo illo nitore degenerent. Adeo modis omnibus lætius eſt quod natura condidit, quàm qđ fucauit ars. Proinde nũquam ſatis laudarim Gallũ illum Pythagoram, qui cũ unus oĩa fuiſſet, philoſophus, uir, mulier, rex, priuatus, piſcis, equus, rana, opinor etiam ſpõgia, tamen nullum animal iudicauit calamitoſius homine, propterea ꝙ cætera omnia naturæ finibus eſſent contenta, ſolus homo ſortis ſuæ limites egredi

*ore recepit.* Gal*lum illum* Pytha*goram.)* Lucia*nus facit* Mycil*lũ cũ* Gallo *ſuo loquentẽ, q ſe* Py*thagorã eſſe diceret. extat libellus ab* Eraſmo *latinitate donatus.*

Opinor etiã *ſpongia.)* Sũt enĩ *qui ſpongiã animal eſſe putẽt, ut teſtatur* Ariſto*teles lib. de natura anĩaliũ.* 5. *qui ſpõgiarũ tria ponit genera.* Nam *aliæ (inqt) raræ, aliæ ſpiſſæ, aliæ q̃s* Achilleas *uocant.* Naſcuntur *omnes ad littus, aut ad ſaxa, nutriunturq́; luto.* Senſum *quoq; il*

Spongia.

*lis ineſſe creditur, propterea quod ad euulſoris acceſſū contrahuntur. Plinius plane credit ſpongias eſſe aīalia.*

πολυμῆτις ὀδυσσεύς.) *.i. Multi conſilij Vlyſſes.* Homerus. *Sic enim frequenter Homerus eum uocat.* Nugarum pater.) *Quod apud hunc fons ſit omnium fabularum.*

δειλοὺς καὶ μοχθηροὺς) δειλοὺς. *id ē miſeros. Eſt enim hoc pene ſolenne apud Homerum & Heſiodum,* δειλοῖσι βροτοῖσι. *Vnde Odyſſeæ. 11.* πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι *.i. Sūt mortes triſtes miſeris mortalibus oēs. Et* μοχθηροὺς *.i. calamitoſos. Illud dictum eſt à metu. Nam* δειλία *timiditas dicitur, &* δειλιᾶν ἢ δειλιάζειν *timere: hoc à labore: nā* μόχθος *labor dicitur, &* μοχθέω *laboro.* Mortaliū epitheta.

δύστηνον *uocat.)* δύστηνος. δύστηνος *.i. miſer, qui multum ſuſpiret. Sic Ho*

conaret̃. Rurſum inter homines, idiotas multis partibus anͣponit doctis ac magnis. & Gryllꝰ ille nō paulo plus ſapuit, quā πολυμῆτις ὀδυσσεύς, qui maluerit ī hara grunnire, quàm cū illo tot miſeris obiici caſibꝰ. Ab his mihi non diſſẽtire uidetur Homerus, nugarū pater, q cū mortales oēis ſubinde δειλοὺς καὶ μοχθηροὺς appellat, tum Vlyſſem illū ſuū ſapientis exemplar, ſæpenūero δύστηνον uocat, Paridem nuſquam, nec Aiacem,

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cem, nec Achillem. Quamobrem id tandem? Niſi qđ ille uafer & artifex, nihil non Palladis conſilio agebat, nimiūq; ſapiebat, à naturæ ductu quàmlongiſſime recedens. Vt igitur inter mortales, ii longiſſime abſunt à felicitate, qui ſapientiæ ſtudent, nimirū hoc ipſo bis ſtulti, quod homines nati cū ſint, tamē obliti conditionis ſuæ, deorū immortalium uitam affectāt, & gigantum exemplo, diſciplinarū machinis, naturæ bellū inferūt, ita quamminime miſeri uident̄ ii, q̄ ad brutorꝝ ingenium ſtultitiamq́; quàmproxime accedunt, neq; quicquam ultra hominem moliuntur. Age experiamur num hoc quoq; nō ſtoicis enthymema-

*Homerus Odyſſeæ primo: τοῦ θυγάτηρ δύςηνον ὀδυρόμενον κατερύκει, id ē huius filia miſerum lugentemq́; detinet, de Calypſo Vlyßem in Ogygia detinentem. Gigantum exemplo) θεομαχεῖν uocant Græci pugnare cum dijs. Cicero interpretatur gigātū fabulā, ubi qs aduerſus naturā conatur. Diſciplinarum machinis) explicuit metaphorā addito uerbo proprio. machīis enī bellicis expugnantur oppida.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Bliteos.) Hoc uerbo delectatus eſt Octauius Auguſt. Bliton Græce betã ſonat. Ea herba, quoniã inſipida ẽ ac diluta, fatua uocatur apd̃ Martialẽ: Vt ſapiãt fatuæ fabrorũ prãdia betæ, O q̃ ſæpe coquus uina piperq́; putet.*

*Vt*

matis, ſed craſſo quopiam exemplo queamus oſtendere. Ac per deos immortales, eſtne quicquam felicius iſto hominum genere, quos uulgo moriões, ſtultos, fatuos ac bliteos appellant, pulcherrimis, ut equidem opinor, cognominibus? Rem dicã prima fronte ſtultam fortaſſis atq; abſurdam, ſed tamen unam multo ueriſſimam. Principio uacãt mortis metu, nõ mediocri per Iouem malo. Vacant conſcientiæ carnificina. Non territant̃ maniũ fabulamentis. Non expaueſcunt ſpectris ac lemuribus, non torquentur metu impendentium malorum, nõ ſpe futurorum bonorum diſtendũtur. In ſumma, non dilacerantur milibus curarum, quibus hæc uita obnoxia eſt. Non pudeſcunt, non uerentur, non ambiunt, non inuident, non amant. Deniq; ſi propius

etiam

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

etiam ad brutorum animantium inſipi-
entiá acceſſerint, ne peccant quidem au
toribus theologis. Hic mihi iam expen-
das uelim ſtultiſſime ſapiens, quod un-
diq; ſolicitudinib⁹ noctes dies'q; diſcru
cietur animus tuus, congeras in unum
aceruum uniuerſa uitæ tuæ incommo-
da, atq; ita demum intelliges, quãtis ma
lis meos fatuos ſubduxerim. Adde huc,
quod non ſolum ipſi perpetuo gaudẽt,
ludunt, cantillant, rident, uerumetiã cæ
teris oĩbus q̊cunq; ſeſe uerterint, uolu-
ptatẽ, iocum, luſum, riſum'q; adferunt,
uelut in hoc ipſum à deorũ indulgentia
dati, ut humanæ uitæ triſtitiã exhilara-
rent. Vnde fit, ut cũ aliis in alios uarius
ſit affectus, hos oẽs ex æq̄ tanquam ſu
os agnoſcant, expetant, paſcant, foueãt,
complectantur, ſuccurrant, ſi quid acci-
derit: impune permittant, quicquid uel
dixerint, uel fecerint. Adeo'q; nemo il-
lis nocere cupit, ut feræ q̊-
q; beluæ ab illorum iniu-
ria temperẽt, ſenſu quodã
in

*Stulti non peccant.*

*Iucũdi oĩbus fatui.*

*Vt feræ quoq;.) Mirũ eſt dictu, quod tamen*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*uidemus in canibus, in pueros et natura fatuos, nō facile ſæuiūt, & agnoſcūt naturæ ſimplicitatem. Omnes illis habent.) Nā religio numinū ad oēs ex æquo ptinet. Auriculas tene.) Verſus ē è ſatyr. Perſii. 1. Sed qd opus teneras mordaci radere uero Auriculas?*

*Apud*

innocentiæ naturali. Sunt enim uere ſacri diis præcipue mihi, ideóq; non iniuria hunc honorem omnes illis habent. Quid ꝙ ſummis etiã regibus adeo ſunt in deliciis, ut nonnulli ſine his neq; prandere, nec ingredi, nec omnino uel horam durare poſſint? Neq; uero paulo interuallo hos bliteos ſuis illis tetricis ſophis añponunt, quos tamẽ ipſos aliquot honoris gratia ſolent alere. Cur autem anteponant, nec obſcurum arbitror, nec mirum uideri debet, cum ſapientes illi nil niſi triſte ſoleant adferre principibus, ſuáq; doctrina freti, non uereantur aliquoties auriculas teneras mordaci radere uero, Moriones autem id præſtent, quod unum undecunq; pri cipes modis omnibus aucupant̃, iocos, riſus, cachinnos, delicias. Iam accipite et hanc

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Apud Platonem.) *Sic enim in conuiuio Platonis, Alcibiades narraturus, quemadmodum cum Socrate cubitauerit, præfatur:* τὸ δὲ ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μὲν τὸ λεγόμενον, οἶνος μὲν ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής, *Id eſt: Cæterū ea quæ reſtant non audiueritis me dicētē, niſi prius, id quod uulgo dicitur, uinum quidem & ſine pueris et cū pueris erat uerū.*

**hanc nō aſpernandam ſtultorū dotē, quod ſoli ſimplices ac ueridici ſunt. Quid autem ueritate laudatius? Quanquam enim Alcibiadeum apud Platonem prouerbiū, ueritatem uino pueritiæꝗ tribuit, tamen oīs ea laus mihi peculiarit̄ debetur, uel Euripide teſte, cuius extat illud celebre de nobis dictum, Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει. Fatuus quicquid habet in pectore, id & uultu præ ſe fert, & oratione promit. At ſapiētum ſunt duæ illæ linguæ, ut idē meminit Euripides, quarū al-**

Veritas penes fatuos.

Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει) *Id ē, ſtultus ſtulta loquitur. Prouerbium eſt apud Euripidē in Bacchis.*

*Duæ illæ linguæ.) Euripides ſcripſit unicuiq; mortaliū duas eſſe linguas: alterā qua uera loqueretur, alterā qua loqueretur q̄ tē-*

te po

*pori eſſent accommoda.* Nigrum in candida.) *Ita Iu uenalis Satyra tertia: Qui nigrum in candida uertunt, id eſt, defendunt turpia.* Et eodem ex ore.) *Alluſit ad apologum Aniani fabulatoris huiuſmodi: Satyrus quidam, cum hyberno gelu uehementer ſæuiente, à ruſtico quopiam in hoſpitium inductus eſſet, uidens hominem in ſlare ĩ manus ori admotas, rogauit cur ita faceret. Is reſpõdit, ut manus frigidas anhelitus tepore calefaceret.* Deinde *menſa appoſita, cũ ĩ pultẽ feruẽtem rurſum ĩſlaret, admiratus* Satyrus, *ſciſcitatus ẽ, cur id faceret, uti pultẽ (inquit) refrigerẽ.* Tũ *Satyrus ſurgẽs, q̃d audio, inqt,* σὺ ἐκ τῶ αὐτῶ σόματος τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγεις. *i. tú ne ex* eodẽ ore *calidũ*

tera uerum dicunt, altera quæ pro tempore iudicarint opportuna. Horum ẽ nigrum in cãdida uertere, & eodem ex ore frigidum pariter & calidum efflare, longeq́ꝫ aliud conditũ habere ĩ pectore, aliud ſermone fingere. Porro in tãta felicitate, tamẽ hoc nomine principes mihi uidẽtur infeliciſſimi, ꝙ deeſt à q̃ uerũ audiant, & aſſentatores ꝓ amicis habere cogunt. Sed abhorrent à uero principũ aures, dixerit aliqs, & hac ipſa de cauſa ſapiẽtes iſtos fugitant, quod uereant ne

quis

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quis forte liberior exiſtat,
qui uera magis quàm iucū
da loqui audeat. Ita quidē
res habet, inuiſa regib⁹ ue=
ritas. Sed tamē hoc ipſum
mire in fatuis meis uſu ue-
nit, ut non uera modo, uerūetiam aper
ta conuitia cū uoluptate audiant: adeo,
ut idem dictum, quod ſi à ſapientis ore
proficiſcatur, capitale fuerat futurum: à
morione profectum, incredibilē uolu=
ptatem pariat. Habet enī genuinā quan
dam delectandi uim ueritas, ſi nihil acce
dat quod offendat: uerum id quidem ſo
lis fatuis dii dederunt. Iiſdem fermè de
cauſis hoc hoīm gn̄e mulieres gaudere
ſolent impēſius, utpote ad uoluptatem
& nugas natura propenſiores. Proinde
quicquid cū huiuſmodi factitarint, etiā
ſi nonnunquam ſerium ni
mis, illæ tamē iocum ac lu
ſum interpretantur, ut eſt
ingenioſus, p̄ſertim ad p̄te
xenda commiſſa ſua, ſexus

*et frigidum edu cis? nō mihi cum talibus habendū commerciū eſt, idq; dicēs abijt.*

Se

*Fatui grati fœīs.*

*Seriū nimis) Verecūde ſignificat nōnunq̄ mulieres coire cum morionibus, &*

ex

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ex ijs cõcipere, putantes futurũ uti lateat.* Elyſios.) *Elyſiũ Suidas ait,* πεδίον εἶναι ἐν ᾧ οἱ παρ' ἕλλησι δίκαιοι αὐλίζονται μετὰ θάνατον ἐκεῖ σε ἐλευσόμενοι, *.i. Cãpum eſſe, ĩ quo apud Græcos iuſti demorãtur, poſt mortẽ eò ſe conferẽtes, quẽadmodũ ĩiuſti ad Cocytũ uadũt. hũc nonnulli apud inferos, nonnulli ſub concauo orbis lunæ eẽ putant. nec deſunt ꝗ Elyſiũ putent eſſe ipſas ĩſulas Fortunatas.*

*An*

*Elyſium.*

ille. Igit̃ ut ad fatuorum felicitatem redeam, multa cũ iucunditate pacta uita, nullo mortis uel metu, uel ſenſu, recta in campos Elyſios demigrant, & illic pias atꝗ otioſas animas luſibꝰ ſuis delectaturi. Eamus nũc, & quemuis etiam ſapientem cũ huius morionis ſorte cõferamus. Finge quod huic opponas exemplar ſapientiæ, hominem qui totam pueritiam atque adoleſcentiam in perdiſcẽdis diſciplinis contriuerit, & ſuauiſſimam uitæ partem, perpetuis uigiliis, curis, ſudoribus perdiderit, ne in reliqua quidem omni uita uel tantillum uoluptatis deguſtarit, ſemper parcus, pauper, triſtis, tetricus, ſibiipſi iniquus ac durus, aliis gra-

uis

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ante diem contracta.)* In uehementer ſtudioſis, dum intentiſſime meditantur, oportet uehementem ſpirituum fieri agitationem, quam calor cōſequitur: caloris autem comes eſt reſolutio, cōſumptio, & exiccatio. Spiritus autem ſic reſolutos, oportet ex optimo ſanguine inſtaurari, unde ſanguinem paucum euadere neceſſe eſt, ſic ſubinde in ſpiritus reſolutum. Ad hæc, in ſtudioſis propter cerebri agitationem, & ex agitatione ortum calorē, oportet ex corde ſpiritus copioſos, qui fiunt animales, aſcendere: ſiquidē ubi agitatio, eò ſpiritus & calor uergunt. ſpiritus igitur naturales, qui in uētriculo & iocinore cō coctioni ſeruiunt, diminuuntur: quibus diminutis, ſanguis & paucus & pituitoſus generatur. Quocirca ſtudioſos neceſſū eſt ὀλιγαίμους euadere, τὰ δὲ ὀλίγαιμα ἤδη, ut ait Ariſtoteles in. 2. libro de partib. aīalium: προωδοποίηται πρὸς τὴν φθοράν. ἡ γὰρ φθορὰ ὀλιγαιμία ἐστί, καὶ τὸ ὀλίγον παθητικὸν καὶ ὑπὸ ψυχροῦ τοῦ τυχόντος, καὶ ὑπὸ θερμοῦ. i. Quæ pauci ſanguinis ſunt, iam faciunt uiam ad corruptionē. Corruptio enim paucitas ſanguinis eſt: et quod paucum eſt, facile patitur à quouis & frigore et calore. Galenus quoque autor eſt, eos q̄ paucum habent ſanguinem

**uis & inuiſus, pallore, macie, ualetudine, lippitudine, cōfectꝰ ſenio, caniciecꝗ multo antè diem cōtracta, ante diem fugiens è uita. Quanq̄ quid refert quādo**

*guinem, ſenium accelerare.* Nunquam uixerit.) *Viuere hic accipitur pro ſuauiter uiuere, ut* Terentius : Vixit, *dum uixit bene.* Et Perſius *Satyra.* 5. Indulge genio, *carpamus dulcia, noſtrum eſt* Quod *uiuis.* Et Martialis: *Viue uelut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe, quod dicunt* Græci, ζῶον ἄγειν. οἱ ἐκ τῆς στοᾶς βάτραχοι) Id eſt, *Stoicæ ranæ. Sic illos uocat, quod obſtrepant ſuis argumentis.* Et Origenes, *atque hũc ſequutus* Hieronymus, *ægyptiorũ ranas, dialecticorũ & ſophiſtarum moleſtam garrulitatẽ ĩterpretatur, ut etiam ſcriptũ eſt ĩ decretis canonicis diſtinctione.* 37. Ex *una* Venere *ſecta.)* Pauſanias ĩ *ſympoſio* Platonis, *reprehendit* Phædri *orationem, q. de amore diſputaſſet, eũ*

moriat̃ iſtiuſmodi, q̃ nunquã uixerit? Habetis egregiam illam ſapientis imaginem. At hic rurſus obganniũt mihi οἱ ἐκ τῆς στοᾶς βάτραχοι. Nihil (inquiũt) miſerius inſania. Sed inſignis ſtultitia, uel inſaniæ ꝓxima ẽ, uel ipſa potiꝰ inſania. Quid enim aliud ẽ inſanire, q̃ errare animo? Sed iſti tota errant uia. Age, hunc quoq; ſyllogiſmum diſſipemus, muſis bene fortunantibus. Argute quidẽ iſti, uerum quemadmodũ apud Platonẽ docet Socrates, ex una Venere ſecta duas, & ex

ne uno

neque diuidens, neque definiens. Itaque Pauſanias diui-
dere uolens amorem, duáſque dicens eſſe Veneres, ait:
ἡ μὲν γέ που πρεσβυτέρα, καὶ ἀμήτωρ οὐρανοῦ θυγά-
τηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπωνομάζομεν, ἡ δὲ νεω-
τέρα διὸς καὶ διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν.
ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἔρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνερ-
γὸν, πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον.
Id eſt, Altera quidem antiquior, matreq; carẽs, Cœli fi-
lia, quam cœleſtem cognominamus. Altera autem iuni-
or, Iouis & Dionæ, quam uulgarem uocamus. Neceſſũ
eſt autem, Cupidinem alterum Veneri alteri cooperato-
rem, uulgarem recte uocari, alterũ autem cœleſtem. Vul
garem cupidinem, dicit Pauſanias ſtimulare ad amorem
fœminarũ, partumq; corporis: cœleſtẽ autem, ad aman
dos mares, diſciplinis idoneos, ad partũq; animi ſtimu-
lare. An me lu dit amabilis) Eſt ĩ Odis, ubi de fu rore poetico loq tur, quo ſit ut ui dere uideantur, quæ procul ab-ſunt. Poetarũ uatum, & amã-tiũ.) Socrates in Phædro Platõis,

uno Cupidine diſſecto du os faciens, itidẽ & iſtos di-alecticos decebat inſaniam ab inſania diſtĩguere, ſi mo do ipſi ſani uideri uellent. Neq; enim protinus omĩs inſania calamitoſa ẽ. Alio-qui nõ dixiſſet Horatius, An me ludit amabilis inſa nia? neq; Plato poetarũ, ua



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

amorem laudaturus, negansq́; amorem eſſe uituperandum, quod furoris ſpecies eſſet, quadruplicem facit furorem, quorum unumquenq; felicem uideri uult. Primū natum, quem μαντικὴν μανίαν, quaſi μανικὴν, interpoſitione ταῦ, uocari ait. Secundum, myſterialem: qui per expiationes propitiationéſque, morborum remedia inuenit. Tertium, poeticum: de quo dicit, ὃς δ' ἄνευ μουσῶν μανίας, ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε, καὶ ἡ ποίησις, ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων, ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη, .i. Qui autem ſine Muſarum furore ad poeticas fores ſe confert, perſuaſus ꝙ arte ſufficienter poeta ſit euaſurus, imperfectus quidem tum ipſe, tum poeſis eius, præ illa quæ ex furore procedit, qua quidem hæc, quæ à prudentia ſit, euaneſcit. Quartum furorē facit amatorium, qui ἀπ' αὐτῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβὼν ἔρως ἐκλήθη, Ideſt, Qui ab ipſo robore cognomen ſumens, amor quaſi robur dicitur. ἔρως.

Nec uates illa.) Eſt apud Maronem Aenei. lib.6. ubi Sibylla ſic loquitur Aeneæ: Et inſano iuuat indulgere labori. Nā inſanū uocatur, qcq̄d ĩmodicū ē. Vn

tum, & amantum furorem inter præcipua uitæ bona, collocaſſet: nec uates illa laborem Aeneæ uocaſſet inſanum. Verum eſt duplex inſaniæ genus: alterꝫ quod ab

Vnde illud: Inſanire libet. Diræ ultrices.) Diras poetæ furias uocant, ultrices, quod ſontes torqueant. Diræ.

ab inferis diræ ultrices ſubmittunt, q̃ties immiſſis anguib⁹, uel ardorē belli, uel inexplebilē auri ſitim, uel dedecoroſum ac nefarium amorem, uel parricidium, inceſtum, ſacrilegium, aut aliam id genus peſtem aliquam in pectora mortaliū inuehunt, ſiue cum nocentem & conſcium animum furiis ac terriculorum facibus agunt. Eſt alterū huic lōge diſſimile, quod uidelicet à me proficiſcit̃, omium maxime exoptandum. Id accidit, quoties iucūdus quidam mētis error ſimul & anxiis illis curis animū liberat, & multiiuga uoluptate delibutū reddit. Atqui hunc mentis errorem

Immiſſis anguibus) Apđ Maronem Aeneidos ſeptimo, Alecto furiam Amatæ & Turno immittit. Nocentem & conſcium animum.) Cicero in Paradox. Quocunque aſpexiſti, ut furiæ ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, ſuſpirare quæ te liberū non ſinunt. His furijs conſcij animi fuit agitatus Oreſtes. Pœna autē quā hæ furiæ infligunt, uehemens, & multo ſæuior illis (ut ait Iuuenalis) quas Rha-



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ceu magnũ quoddam deorum munus, ad Atticum ſcribẽs optat Cicero, nimirum quo tantorum malorꝝ ſenſu carere poſſet. Neque pperam ſenſit Argiuus ille, qui hactenus ĩſaniebat, ut totos dies ſolus deſideret in theatro, ridens, plaudens, gaudẽs, quod crederet illic miras agi tragœdias, cum nihil omnino ageretur, cum in cæteris uitæ officiis ꝓbe ſeſe gereret, iucũdus amicis, comis ĩ uxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis, & ſigno læſæ nõ inſanire lagenæ. Hũc ubi cognatorũ opera datis pharmacis morbo leuaſſet, ſibi ꝗ iam totus eſſet redditus, hunc in modum cum amicis expoſtulans, Pol, me occidiſtis amici, Non ſeruaſtis

*damãthus habꝫ. Ad Atticum ſcribẽs op.) Atticus arguit Mar. Tulliũ, triũuiris occupantib. tyrãnidẽ, ꝗ nimium aĩo diſcruciaretur: adeo, ut qdã putarẽt illũ errare mẽte. Is reſpõdit ſe plane ſentire, optat autẽ errorẽ mentis, quo tãtorum malorũ ſenſu uacaret. Itidẽ apd̃ Euripidẽ Aiax dolet, ꝗ ab ĩſania reſipuiſſꝫ. et apd̃ Senecam Phædra: qs me dolori reddit? et ꝙ bene exciderã mihi? Argiuꝰ) De hoc Hora. in eplis. Iucundus amicis &c.)*

Ver

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtis ait, cui ſic extorta uoluptas, Et demptus per uim mentis gratiſſimus error. Et merito quidem: errabāt enim ipſi, atq; elleboro magis opus habebant, qui tam felicem ac iucundam inſaniam, ceu malum aliquod, exiſtimarēt potionibus expellēdam. Quanquā illud equidē nondū ſtatui, num quiuis ſenſus, aut mētis error, inſaniæ nomine ſit appellādus. Neq; enim ſi cui lippiēti mulꝰ aſinꝰ eē uideatur, aut ſi quis indoctum carmen ueluti doctiſſimū admiretur, is continuo uidebitur inſanire. Verum ſi quis non ſenſu tantum, ſed animi iudicio fallatur, id' q; præter uſitatum morem ac perpetuo, is demū inſaniæ cenſebitur affinis eſſe, uelu

*Verba ſunt Horatij. Elleboro magis opus.) Qđ Latini ueratrū, Græci elleborū uocant, cuius duo ſunt genera. alterum album, qđ (ut Dioſcorides ĭ4. ait) φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ ἀρνογλώσσου ἢ σεύτλου ἀγρίου. i. folia habet ſimilia folijs plātaginis, aut betæ ſylueſtris: alterū nigrū, qđ Græcis ἐλλέβορος μέλας, ꝉ μελαμπόδιον, ſiue τὸ λύγγιζον dicitur. Vtrunq; autem medetur melancholicis et inſa*

Elleborū.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ſanientibus, educitq́; melancholiam, quibus & dari ſolet. Vnde Horatius: Danda eſt ellebori pars multo maxima auaris, & Si tribus Anticyris caput inſanabile.*

Symphoniſci. *Symphoniſcos.) Sic muſicos uocat concinne canẽtes, ἀπὸ τοῦ συμφονεῖν, quod concinere ſignificat.* Crœſus. *Crœſum.) Hic omnium mortalium ditiſſimus fuit, cui tamen Solon quærẽti, an omnium beatiſſimus foret, reſpondet: ἐμοὶ δὲ σὺ πλουτέων μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων, ἐκεῖνο δὲ τὸ εἰρεό με οὔπω σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι. i. Mihi ô Crœſe apprime diues eẽ uideris, réxque multorũ hoím, illud autẽ qđ ſciſcitaris, nõ antea à me audieris, q̃ te uita feliciter defunctũ audiero.*

*Ma*

ti ſi qs quoties aſinũ audierit rudentem, arbitretur ſeſe miros ſymphoniſcos audire, aut ſi quis pauperculus, infimo loco nat⁹, Crœſum Lydorum regem eſſe ſe credat. Sed hoc inſaniæ genus, ſi (quemadmodum ferè fit) uergat ad uoluptatem, non mediocrem delectationem adfert tum iis, qui eo tenẽtur, tum illis, quibus eſt hoc animaduerſum, nec tamen eodem inſaniunt. Nam hæc inſaniæ ſpecies multo latius patet, quàm uulgus hominum intelli-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

telligit. Sed uiciſſim inſanꝰ inſanū ridet, ac mutuā ſibi uoluptatē īuicē miniſtrāt. Neqꝫ raro fieri uidebitis, ut maior īſanus, uehemētius rideat minorem. Verū hoc quiſqꝫ felicior, q̊ pluribꝰ deſipit modis, ſtultitia iudice, modo ī eo gn̄e inſaniæ maneat, qđ nobis eſt peculiare, qđ quidē uſqꝫ adeo late patet, ut haud ſciā an ex uniuerſa mortaliū ſūma quēpiam liceat repire, q oībus horis ſapiat, q́qꝫ nō aliq̊ inſaniæ gn̄e teneat. Quanq̄ hoc tm̄ intereſt, qui cucurbitā cū uidet, mulierē eſſe credit, huic inſano nomen ponunt, ꝓpterea qđ ꝑpaucis id uſu ueniat. Verū ubi quis uxorē ſuam, quā cum multis habet cōmunem, eā plusq̄ Penelopen eſſe deierat,

*Maior inſanus.) Sic Horat. in ſermonib. libr. 2. O maior tandē parcas inſane minori. Omnibus horis ſapi.) Prouerbiū ē, Nemině omnibus horis ſapere. Nemo eſt, q non alicubi peccet. Quā q̄ hoc tantum intereſt.) In hac diſputatione de inſania nōnihil imitatus ē ex Horatij Satyra, cuius initium, Sic raro ſcribis. Qui cucurbitā.) Hic morbꝰ oritur ex corruptione uirtutis imaginatiuæ. Penelopē eſſe.) Penelope uxor fuit Vlyſſis*

Vxor cōmunis.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rat, ſibíq; maiorem in modũ plaudit, feliciter errãs: hunc nullus inſanũ appellat, ꝓpterea qđ paſſim maritis hoc accidere uideant. Ad hũc ordinem pertinẽt & iſti, qui præ uenatu ferarum omnia cõtemnunt, atq; incredibilẽ animi uoluptatem percipere ſe prædicãt, quoties fœdum illum cornuum cantum audierint, quoties canum eiulatus. Opinor etiam cum excrementa canum odorant, illis cinnamomum uideri. Deinde, quæ ſuauitas, quoties fera lanianda eſt? Tauros & uerueces humili plebi laniare licet, feram niſi à generoſo ſecari nefas. Is nudo capite, inflexis genibꝰ, gladio ad id deſtinato, neq; enim quouis idem facere fas

eſt,

*ſis, quam caſtiſſimam in Odyſſea facit Homerus. unde ſubīde περίφρων.i. caſta, & αἰδοίη, id eſt, uerecunda ab eodē uocatur. Ouidius: Penelope poterat tam multos ſalua per annos Viuere, tā multis fœmĩa digna uiris. Ad hunc ordinem.) Taxat ineptiſſimum uenãdi ſtudiũ, in quo ſic inſaniũt qdam magnates, ut ĩ omni uita nihil aliud agant. Is nudo capite.) Id accipio paßim fieri apđ Britãnos in his quoque feris, quas illi damas*

Voluptas uenandi.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eſt, certis geſtib⁹, certa mẽbra certo ordine religioſe ſecat. Miratur interim per inde ut ĩ re noua ſacra, circumſtans tacita turba, tametſi ſpectaculũ hoc plus milies uiderit. Porro cui contigerit è belua nonnihil guſtare, is uero exiſtimat ſibi non parum nobilitatis accedere. Itaque cum iſti aſſidua ferarum inſectatione atq; eſu nihil aliud aſſequãtur, niſi ut ipſi propemodum in feras degenerẽt, tamẽ interea regiam uitam agere ſe putãt. Et his ſimillimum genus eorum, qui inſatiabili ædificandi ſtudio flagrant, nunc rotunda quadratis, nunc quadrata rotũdis permutantes. Neq; uero finis ullus, neq; modus, donec ad extremam redactis inopiam, nec ubi habitẽt, nec quid edant, ſuperſit. Quid tũ poſtea? Interim annos aliquot ſumma cũ uoluptate per egerunt. Ad quos mihi quidẽ proxime

*mas uocant, q̃dã exiſtimãt magis eẽ platycerotas. Nonnulli malũt ſylueſtriũ capra rum genus.*

*Nunc rotunda quadra.) Sic Horati. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.*

*Aedificandi morbus*

*Ma*

ui

alcumiſtæ.

uidentur accedere, qui nouis & arcanis artibus, rerum ſpecies uertere moliunt, ac terra mariq́ꝫ quintam quandam eſſentiam uenantur. Hos adeo lectat mellita ſpes, ut neqꝫ laborũ, neqꝫ impenſaꝝ unquam pigeat, miroq́ꝫ ingenio ſemp aliqd excogitant, quo ſeſe denuo fallant, ſibiq́ꝫ ipſis gratam faciant impoſturam, donec abſumptis omnibus, non ſit quo iam fornaculam inſtruant. Non deſinũt tamen iucunda ſomniare ſomnia, cæteros pro uiribus ad eandem felicitatem animantes. Cumq́ꝫ iam prorſus om̃i ſpe deſtituũtur, ſupereſt tamen una ſententia, abũde magnum ſolatium, In magnis & uoluiſſe ſat eſt. Ac tum uitæ breuitatem ĩcuſant, ut quæ magnitudini negotii non ſuffecerit. Porro aleatores nõnihil addubito num in noſtrum collegiũ ſint admittendi. Sed tamen ſtultũ omnino ridiculumq́ꝫ ſpectaculum eſt, quoties uidemus nonnullos uſqueadeo addictos, ut ſimulatqꝫ ſtrepitum talorum audierint, protinus illis cor ſaliat, palpitetq́ꝫ.

Furor aleatorum.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Malea.) Malea promontorium eſt Laconiæ, circa q̄d periculoſiſſimam eſſe nauigationem, autor eſt Strabo libro octauo, unde prouerbiū hoc celebratum fuiſſe dicit, μαλέα δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. i. Maleam prætemauigans, domeſticorum obliuiſcere. Quoſuis potius fraudant.) Id narrat Corne. Tacitus de populis ac moribus Germaniæ, eos hybernis menſibus potiſſimū oblectare ſe alea, et uictū aliquoties ad mortem & ſeruitutē dedere ſeſe, ſumma fide. Iuſta chiragra.) Chiragra ſpecies eſt arthreticæ, quā iuſtam uocat, q; aleatorū puniat inſaniam. Alluſit autē ad illud Horatianū ī ſermonibus: Vertūnis quotquot ſunt, natus iiq;, Scurra Volanerius, poſtquā illi iuſta chiragra Contu

dit

Malea.

tetq;. Deinde cum ſemper illiciente uincendi ſpe, oīum facultatum naufragiū fecerint, in aleæ ſcopulum illiſa naue, non paulo formidabiliorē Malea, uix'q; nudi emerſerint, q̄ſuis potius fraudant quàm uictorem, ne ſcilicet uiri parum graues habeātur. Quid, cū ſenes iam & cæcutiētes, ui treis etiam oculis luſitant? Poſtremo cū iam iuſta chiragra cōtudit articulos, uicariū etiam mercede cōducunt, qui pro ſe talos ī pyrgum mittat? Suauis quidē res, niſi quod hic lud⁹ ple

run

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*dit articulos, qui pro ſe tolleret, atq; Mitteret ĩ pyrgum talos mercede diurna Conductum. Pyrgus turricula eſt luſoria, quam alij fritillum dicũt, ut Iuuenalis: Si damnata ſenem iuuat alea, ludit & hæres Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo. Noſtræ farinæ.) i. noſtræ conditionis. Perſius: Noſtræ paulo antè farinæ. Laruæ & lemures.) Laruæ noxiæ inferorum umbræ ſunt, quas uulgo ſpiritus uocamus, à lauribus dictæ.*

*Qui miraculis ac ꝓdigioſis) Hac de re libellũ conſcripſit Lucianus, quem Morus (cui libellus hic dicatus) elegãtiſſime uertit in ſermonem Latinũ. Hoc genus hominũ execratur & diuus Hieronymus in epiſtolis, q pugnas cum dæmonibꝰ, atq; huiuſmodi portenta confingunt.*

*Pyrgus.*

*Laruæ.*

*Philopſeudes Luciani.*

**runq; ſolet in rabiẽ euadere, iamq; ad furias, non ad me pertinere. Cæterum illud hominum genus haud dubie totum eſt noſtræ farinæ, qui miraculis ac prodigioſis gaudent mendaciis, uel audiẽdis uel narrandis. Nec ulla ſatietas talium fabularum, cum portentoſa quædã de ſpectris, de lemuribus, de laruis, de inferis, de id genus milibus miraculorum cõmemorant: quæ quo longius abſunt à uero, hoc & creduntur lubentius, & iucũdiore pruritu titillãt aures, Atq; hæc**

**qui**

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

gunt. *Sacrificis & concionatoribus.*) Palàm eſt, hic non reprehēdi miracula, ſed cōficta, & conficta ad quæſtum, quo plus extorqueāt à mulierculis & ſenibus, ſtulteq́; credulis. Nam his difficillime credunt, qui maxime credunt euangelio. Et ferè uidemus, ut qui huiuſmodi fabulamentis maxime fidem habent, apud hos euangelij leuiſſima ſit autoritas. Videtur autem taxare genus hominum illaudatum, quos uulgo Quæſtuarios uocāt, qui circumferentes ſanctorum reliquias, magna impudentia ſolent apud populū huiuſmodi portenta narrare, quæ pòſt ipſi inter pocula ridēt. Polyphemum Chriſtophorū.) Polyphemum uocat, quod hunc immani, & plusq̄ gigātea magnitudine fingant pictores & ſculptores, & malum baculi loco tenentem ingreſſum undas, qualis Polyphemus apud Vergiliū, quem tertio Aeneidos ſic deſcribit: Monſtrum horrēdum ingens, cui lumen ademptum, Trūca manū pinus regit, & ueſtigia firmat. Et paulo pòſt, Graditurq́; per æquora Iā mediū, necdū fluctus latera ardua tinxit. Quē & Homerus Odyſſeæ primo deſcribit.

Confictа miracula.

quidē nō modo ad leuandum horarum tædiū mire cōducūt, uerūetiā ad quæſtū ptinent, pcipue ſacrificis et cōcionatoribus. His rurſū affines ſunt ii, q ſibi ſtultā quidē, ſed tn̄ iucundā pſuaſionē induerunt, futurum, ut ſi ligneū, aut pictū aliquē Polyphemū Chriſtopho-

Aſpe

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Aſpexerint, eo die.) Quæſo, quid dici potuit ſtultius aut ſuꝑſtitioſius? & tamen mirũ quàm id uulgo perſuaſum habeatur. Quis iſtiuſmodi pluſquàm hæreticas opiniones inſeuit in animos Chriſtianorum? Bene morietur, quiſquis uixerit in Chriſto, nõ qui ligneum uiderit Chriſtophorum. Aut qui ſculptam Barbaram.) Vtriuſque hiſtoria non admodum grauis eſt. Et tamẽ huiuſmodi fabulamẽtis permiſſum eſt olim ludere Chriſtianis potius quàm ethnicis. Aut ſi quis Eraſmum.) Animaduerte lector, & intelliges nihil hic dici contumelioſum in ſanctos, ſed in eos qui illos ſuperſtitioſe colunt. Nauticũ genus, quo uix aliud ſceleratius, cum non mutent uitam, tamen ita ſe domum redituros confidunt, ſi ſimulacrum Chriſtophori cõſpexerint. Milites perditiſſimum genus, ſi ad Barbaræ procubuerint imaginẽ, & caſtrẽſia quædam demurmurauerint precamina, credũt ſe incolumes ad priſtinam uitam redituros è prælio. Auari in hoc colunt Eraſmũ, & id ſuꝑſtitioſe, ut breui diteſcant.*

*Georgiũ Herculem.) Nõnulla quæ de hoc ferũtur, uidẽtur efficta ex Herculis laboribus, ꝗ cũ hydra Lernæa* con

**rum aſpexerint, eo die non ſint pituri, aut qui ſculptã Barbaram præſcriptis uerbis ſalutarit, ſit incolumis è prælio rediturus, aut ſi q̃s Eraſmũ certis diebus, certis cereolis, certiſq; preculis conuenerit, breui ſit diues euaſurus, Iã uero Geor** gi

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

congreſſus eſt. *Hippolytum alterum.*) Nam habẽt gẽtiles ſuum Hippolytum ab equis diſcerptũ. Vnde & nomen inditum. nam ἵππος equus, λυτὸς ſolutus dicitur. *Phaleris ac bullis.*) Olim in templis Chriſtianorum nihil erat neq; ſculptũ neq; pictum: nunc equus Georgij ueris inſtructus armis, bonam aliquoties tẽpli partem occupat. *Tantum non adorãt.*) .i. propemodum, quemadmodum Græci dicunt μονονουχὶ .i. tantum nõ. Qua figura uſus eſt T. Liuius, Suetonius, & Val. Maximus. *Munuſculo demerẽtur.*) .i. conciliant & ſibi deuinciunt. *Scelerum condonationibus.*) Has uulgo uocãt indulgẽtias, quas hic non improbat, ſi ueræ ſint, ſed ſimulatas ridet: ideoq; addidit, fictis. ſæpe enĩ quidã ad quæſtum factas bullas circumferunt, ut agreſtibus et imperitis imponant. Nonnunq̃ abutuntur et his, quas uere cõceſſit põtifex, dum eas populo

Hippolytus.

Tantũ nõ.

gium etiam Herculem inuenerũt, quemadmodum & Hippolytum alterum. Huius equum phaleris ac bullis religioſiſſime adornatum, tantum non adorant, ac ſubinde nouo quopiam munuſculo demerẽtur, per huius æream galeam deierare plane regium habetur. Nam quid dicam de iis, qui ſibi fictis ſcelerũ condonationibus, ſuauiſſime blandiuntur, ac purga

to k pro

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

proponunt & commēdant, non quatenus conducit ad ſalutem animarum, ſed quatenus ad ipſorum quæſtum maxime confert. In ſumma, non erat noſtrum de poteſtate pontificum diſputare. Hoc unum ſcio, certius eſſe quod Chriſtus in euangelio promiſit de remittendis peccatis, quàm quod pollicentur homines, præſertim cum hæc tota res, recens ſit & nuper inuenta. Poſtremo complures mortalium his condonationibus freti, ſibi male blādiuntur, nec cogitant de uita mutanda.

clepſydræ.

Veluti clepſydris) Clepſydris olim horas metiebātur in agendis cauſis. Vaſa erant anguſtis foraminibus, per quæ guttatim defluēs aqua, temporis modum ſignificabat. Plinius in epiſtol. Dixerā horis penè qnque. nā tribus clepſydris quas ſpatioſiſſime acceperam, ſunt additæ quatuor. Dicūtur aūt ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, id eſt, furando ſeu abſcondēdo, & ἀπὸ τοῦ ὕδατος. i. aqua, quod aquam abſconderēt.

Secula, annos.) Seculum, ſpatium centum annorum.

Preces ſuperſtitioſæ.

Qui magicis quibuſdam.) Huiuſmodi ſuperſtitioſiſſimis nugis paßī referta ſunt oīa. Qđq; magis mirum eſt, hæc pietas habetur apđ nōnullos etiā eruditos & religioſos. Pius īpoſtor.) Facete con iun

torii ſpatia ueluti clepſydris metiuntur: ſecula, annos, mēſes, dies, horas tanquam è tabula mathematica, citra ullum errorem dimetientes. Aut de iis, q magicis quibuſdā notulis ac p̄culis (quas pius aliqs īpoſtor

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

iunxit pugnantia. Sentit eum, qui ſub ſpecie pietatis impoſturam facit. Opes, honores.) Vides quid iſti petãt ſuis precibus, non bonam mentem, ſed commoda huius mundi: ut palàm intelligas non taxari preces, ſed ſuperſtitioſas, præſertim ſi his utaris ad hunc finem quem dicit. Nam tales & ethnici irriſerunt poetæ. Vnde Perſius Saty. 2. huiuſmodi preculas ridens, ait: Haud cuiuis promptũ eſt murmur, humileſq; ſuſurros Tollere de templis, & apto uiuere uoto. Et Iuuenalis ſatyr. 10. Prima fere uota & cunctis notiſſima templis, Diuitiæ creſcant ut opes, ut maxĩa toto Noſtra ſit arca foro. Vitæ Lernam.) Lerna palus Argiuorũ peſtilentiſſima, quæ ꝑdidit

ſtor, uel animi cauſa, uel ad quæſtũ excogitauit) freti, nihil ſibi non pollicentur, opes, honores, uoluptates, ſaturitates, ualetudinẽ perpetuo ꝓſperã, uitã longæuam, ſenectã uiridẽ, deniq; proximũ Chriſto apud ſuperos cõſeſſum: quẽ tñ nolint niſi admodum ſero cõtingere, hoc eſt, cum huius uitæ uoluptates, ĩuitos eos ac mordicus retinentes, tñ deſeruerint, tũ ſuccedant illæ cœlitũ deliciæ. Hic mihi puta negotiator aliquis aut miles, aut iudex, abiecto ex tot rapinis unico nũmulo, uniuerſã uitæ Lernã



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*hydram ſeptem capitum.* Prouerbiū eſt, λερνὴ κακῶν, *.i. Lerna malorū, de immēſis & innumeris malis.* Et *ita redimi.*) Et *hinc palàm, nihil dici aduerſus indulgētias. Taxantur enim, non qui his utuntur ut debent, ſed qui ſatis putant abieciſſe nummum in corbonam, cum nihil de uita priſtina mutetur. Septem illis ſacrorum.*) *Quidam è ſeptem fecerunt octo.* Super *hac re uide ꝙ ridicula narrent, imò ſcribant fabulam:* Dæmō *occurrens diuo* Bernardo, *iactauit ſe ſcire ſeptē uerſiculos in pſalmis* Dauidicis, *quos ꝗ quotidie recitaſſet, nō poſſet non ire in cœlū.* Inſtabat Bernardus, *ut ĩdicaret quinā eſſent.* Cumq; *ille recuſaret,* Nihil *agis (inquit* Bernardus) *quandoquidem quotidie totum euoluā pſalterium, ĩ quo tui quoq; ſeptē uerſus inſint neceſſe eſt. at dæmon ueritus, ne tanti boni*

ſemel expurgatam putat, totq; ꝑiuria, tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot cædes, tot impoſturas, tot perfidias, tot ꝓditiones exiſtimat uelut ex pacto redimi, & ita redimi, ut iam liceat ad nouū ſcelerū orbē de ĩtegro reuerti. Quid autem ſtultius his, imò ꝗd felicius, qui ſeptē illis ſacrorum pſalmorum uerſiculis quotidie recitatis, plusquā ſummam felicitatē ſibi ꝓmittūt? Atq; hos magicos uerſiculos, dæmon quiſpi-



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

am, facet⁹ quidem ille, ſed futilis magis quã callidus, diuo Bernardo credit̃ indicaſſe, ſed arte circumuẽtus miſer: & hæc tam ſtulta ut meipſam propemodũ pudeat, tñ approbantur, id' q̃ non à uulgo modo, uerum etiam à religionis profeſſoribus. Quid iam, non'ne eôdem ferè pertinet, cũ ſingulæ regiones ſuum aliquem peculiarẽ uindicant diuum: cum'q̃ in ſingulos ſingula quædam partiuntur, ſingulis ſuos quoſdam culturæ ritus attribuũt, ut hic in dentium cruciatu ſuccurrat, ille parturientibus dexter adſit, alius rem furto ſublatã reſtituat: hic ĩ naufragio ꝓſper affulgeat, ille gregem tueatur: atq; item de cæteris. Nam omnia percenſere longiſſimum fuerit. Sunt qui ſinguli pluribus in rebus ualeant, præcipue deipara uirgo, cui uulgus hominum plus propè tribuit q̃ filio. Verũ ab his di-

*ni dediſſet occaſionẽ, maluit uerſiculos ſuos indicare: Atque hoc tãtum bonũ, quãtum nec in euangelio legimus, cacodæmoni ferimus acceptum.*

Deipara uirgo.) *Imitatus eſt Græcam uocem* θεοτόκος. *Mi-*

*rum eſt autem, quàm uulgus hominum ab hac omnia petat, perinde quaſi Chriſtus aut minus ſit exorabilis quã Maria, aut minus poſſit. Sed ſtultum uulgus imaginatur in ſacra uirgine, quod uident in filio quopiam principe, & huius matre. Quod ab illo non poſſunt extorquere, uel quod ſit implacabilior hic ſexus, uel quod ad hũc nõ pateat aditus, id per mulierem impetrari putant. Illud animaduerte lector, quanq̃ Moriam loquentem facit, tamen hoc cauit, ne uſquam lædat Chriſtianam religionẽ, ne uideretur taxare eos, qui impenſe addicti ſunt cultui diuæ uirginis, addit, plus ꝓpè tribuit q̃ filio, ut intelligeres ſtultam uulgi ſuperſtitionem notam, qui magis fidit Mariæ quàm Chriſto. Ipſe cum in Italia ſtudiorum gratia commorarer, uidi in æde ſacra affixum epigramma, in quo quidam teſtabatur ſe grauiſſima febri correptũ, nihil ſpei collocaſſe in medico, non multum in deo, ſed tamen diuæ uirginis ope reuixiſſe. Nulla (inquit) erat ĩ medico ſpes, neq; multa deo. Nam hũc uerſiculum forte memoria teneo.*

*Inter tot anathemata.) Ita uocãtur donaria ſuſpẽſa in tẽplis, ac monumẽta dicata diuis. apꝺ Italos in ædibus ſacris, huiuſmodi ple*

Anathemata.

diuis quid tandem petunt homines, niſi quod ad ſtultitiam attinet? Agedum inter tot anathemata, quibus templorũ quorundam parietes omẽs, ac teſtudinem ipſam refertam cõſpicitis, uidiſtiſ'ne unquam q ſtulti

titiã effugerit, qui uel pilo ſit factus ſapientior? Alius enatauit ĩcolumis, alius ab hoſte perfoſſus uixit, ali⁹ è prælio, pugnantibus cæteris, non minus feliciter quã fortiter aufugit, alius ĩ crucẽ ſubactus, fauore diui cuiuſpiam furib⁹ amici, decidit, ut nonnullos etiã male diuitĳs onuſtos pgeret exonerare; alius pfracto carcere fugit, alius irato medico à febre reualuit, alĳ potũ uenenũ, aluo ſoluta, remedio non exitio fuit, idq; non

*plena ſunt oĩa.*

*Alius enatauit.) Effingũt argumẽtum pictu ris aut ceris: deinde addunt ſubſcriptionẽ miraculi. luſit aũt mira facetia in his argumẽtis explicandis.* *Alius irato me.) Quia maluerit morbũ diuturniorẽ, q̃ ſtus ſui cauſa. tales enim nonnulli ſunt, ſed hoc indigni noĩe.* *Alĳ potum uenenũ.)*

*Extat Auſonĳ ſuper hac re ſane quàm lepidum epigramma, de uxore quæ uirum uoluit ueneno necare:*

*Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito,*
*Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum,*
*Miſcuit argenti letalia pondera uiui,*
*Cogeret ut celerem uis geminata necem.*
*Diuidat hæc ſi quis, faciunt diſcreta uenenum,*
*Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant,*
*Ceſſit letalis noxa ſalutiferæ*
*Protinus, & uacuos alui petiere receſſus,*
*Lubrica deiectis quà uia nota cibis.*
*Quàm pia cura deûm, prodeſt crudelior uxor.*
*Et cum fata uolunt, bina uenena iuuant.*

*A marito deprehenſus eluſit.) Sunt qui conſtāter in his quoque caſibus, ſanctos ſibi fuiſſe præſidio iactent. Nō mihi ſi lingu.) Carmē Maronis, cō mutatis aliquot uerbis, ad ſuā detorſit ſentētiam. Eſt aūt Aenei.6. Non mihi ſi linguæ cētum ſint, oraq; centū, Ferrea uox, omneis ſcelerū comprendere formas, Omnia pœnarum percurrere nōia poſſim. qđ imitatū eſt ex illo Ho- me*

nō admodum læta uxore, quæ operam & impenſam luſerit: alius euerſo plauſtro, equos incolumes domum abegit, alius oppreſſus ruina uixit, alius à marito deprehenſus eluſit. Nullus ꝑ depulſa ſtultitia gratias agit. Adeo ſuauis quædam res eſt nihil ſapere, ut omnia potius deprecentur mortales quàm Moriam. Sed quid ego hoc ſuperſtitionū pelagus ingredior? Non mihi ſi linguæ centū ſint, orá ꝙ centum, Ferrea uox, omneis fatuorū euoluere formas, Omnia ſtulti tiæ

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

meri Iliad. 2. οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ᾽ εἶεν, φωνὴ δ᾽ ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. i. Nõ mihi ſi denæ linguæ ſint, oráq; dena, Vox ſimul infracta, ac animus mihi aheneus eſſet.

Omnis omnium Chriſtianorum.) Caue ſic accipias lector, quaſi Chriſtiana uita ſit ſuperſtitioſa. Sed eorum q Chriſtiani uocantur, mores his ſuꝑſtitionibus ſic ſunt infecti, ut nulla penè res ſit tam ſacra, cui nõ admiſceãt aliqd huiuſmodi. Quæ qdẽ tã multa ſunt, ut Liuianã ſuperẽt hiſtoriã: tã ridicula, ut ſatius ſit reticere. Nõ male ꝑibis.) Hoc ꝑtinet ad imaginẽ Chriſtophori cõſpectã, & ad uerſiculos à dæmone proditos. Peccata redimis.) Hoc ad cõdonationes pertinet. Diuus hic)

tiæ ꝑcurrere noĩa poſſim. Vſq; adeo omnis omnium Chriſtianoꝝ uita iſtiuſmodi delirationibꝰ undiq; ſcatet: quas ipſas tamen ſacrifici nõ grauatim & admittunt, & alunt, non ignari quantum hinc lucelli ſoleat accreſcere. Inter hæc, ſi qs odioſus ſapiẽs exoriat̃, ſuccinatq; id quod res eſt, nõ male ꝑibis, ſi bene uixeris: peccata redimis, ſi nũmulo addideris odiũ malefactoꝝ, tum lachrymas, uigilias, precatiões, ieiunia, ac totã uitæ rationem commutaris. Diuus hic tibi fa-

Sacerdotes abutuntur ſuꝑſtitione uulgi ad ſuũ quæſtum.

*Hoc ad Eraſmum cultum. Si uitam illius.) Hic eſt ueriſſimus, atque ipſis acceptiſsimus diuorum cultus. Sed quoniam hoc longe difficilius, negligitur à uulgo, et ad faciles quaſdam ceremonias confugiunt. Quot luctus hiſtriones.) Durat hic mos adhuc apud complures Chriſtianos, ex gentilitate relictus, ut conducti quidam plorent in funere. Vnde Flaccus: Vt qui conducti plorant in funere, dicunt, Et faciunt propè plura dolẽtibus ex animo. Principes equos etiã pullis obtectos ſtragulis, ĩ hanc pompam inducũt, ceruice ad tibias alligata, q̃ſi lugeãt & dominum requirant.*

*Huius ſpectaculi.) Nã iſta defuncti aut nõ ſentiunt, aut ſuo malo ſentiũt. Sed tolerãtur in ſolatium infirmorũ, ſi modo tam moderate fiãt, ut ferri poſſint. Nũc ali-*

*quo*

Cura ſepulchri.

uebit, ſi uitam illius æmulaberis. Hæc, inquã, atq; id genus alia, ſi ſapiẽs ille obganniat, uide à quanta felicitate repente mortalium animos in quem tumultũ retraxerit. Ad hoc collegium pertinẽt, qui uiui qua funeris pompa uelint efferri, tam diligẽter ſtatuũt, ut nominatim etiam præſcribant, quot tedas, quot pullatos, quot cãtores, quot luctus hiſtriones uelint adeſſe, perinde quaſi futuꝝ ſit, ut aliquis huius ſpectaculi ſenſus ad ipſos ſit redituꝰ,

aut

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

aut ut pudeſcant defuncti, niſi cadauer magnifice deſodiatur, haud alio ſtudio, q̃ ſi ædiles creati, ludos aut epulũ edere ſtudeant. Equidẽ tametſi propero, tamen haud poſſum iſtos ſilentio prætercurrere, qui cum nihil ab infimo cerdone differant, tamen inani nobilitatis titulo, mirum quàm ſibi blandiũtur. Alius ad Aeneam, alius ad Brutum, alius ad Arcturum genus ſuum refert. Oſtendunt undique ſculptas & pictas maiorũ imagines. Numerant proauos atq; atauos, & antiqua cognomina cõmemorant, cum ipſi non multũ abſint à muta ſtatua, penè iјs ipſis quæ oſtentant ſignis deteriores. Et tamẽ hac tã ſuaui Philautia felicẽ prorſum uitã agunt. Ne

*quoties ambitio uſq; ad iſaniã exit. Aediles creati.) Horum erat fabulas edere populo, & uiſcerationes exhibere.*

Aediles.

*Nihil ab infimo cerdone.) Vide ut circunſpecte taxat nobiles non quoſuis. Sũt enim uere nobiles, q generis claritati, doctrina moribusq; reſpõdẽt. Sed eos q uita, cæteriſq; bonis rebus, nihilo antecellunt infimam plebẽ, aut (quod ſæpe uidemus) uincunt uitijs.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Nireus.) Nireum pro formoſiſſimo poſuit, nam Homerus ut Therſitem turpiſſimum Græcorum, ita hunc poſt Achillem, formoſiſſimũ fecit. quem ſic deſcribit Iliados ſecundo:*

Νιρεὺς ἀγλαΐης θ᾽ ὑιὸς, χαρόποιό τ᾽ ἄνακτος
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ᾽ ἀμύμονα πηλείωνα.
Ἀλλ᾽ ἀλαπαδνὸς ἔην.

*.i. Filius Aglaies Nireûs, regis Charopiq́;*
*Nireûs, quo Troiam uenit formoſior alter*
*Graiorum haud ullus, ſi inuictum demis Achillem.*
*Sed mollis fuit.*

*Lucianus ἐν νεκρικοῖς, cũ hoc Therſitẽ de forma fecit cõtendẽtem. ὄνος πρὸς λύραν.) .i. aſinus ad lyrã Græcis in ꝓuerbiũ eſt de indocili. Quo deterius nec.) Carmẽ eſt Iuuenalis è ſatyra. 3. quo gallũ ſignificat gallinace*

Neqꝫ deſunt æque ſtulti, q̄ hoc beluaꝝ gen⁹, perin̄ ut deos ſuſpiciũt. Sed q̄d ego de uno aut altero gn̄e loq̄r, quaſi uero nõ paſſim hæc Philautia plurimos ubiqꝫ miris modis feliciſſimos efficiat, cũ hic q̄uis ſimia deformior, ſibi plane Nireûs uidet̃? Ali⁹ ſimulatqꝫ treis lineas circino duxerit, ꝓrſum Euclidẽ ſeſe putat: hic ὄνος πρὸς λύραν, & q̄ deteri

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

us nec ille ſonat, quo mordetur gallina marito, tamẽ alterum Hermogenem eſſe ſe credit. Eſt autem illud lõge ſuauiſſimum inſaniæ genus, quo nonnulli quicquid ulli ſuorum dotis adeſt, eo nõ aliter atq; ſuo gloriantur. Qualis erat ille bis beatus apud Senecã diues, qui narratur⁹ hiſtoriolam quampiam, ſeruos ad manum habebat, qui nomina ſuggererent, non dubitaturus uel in pugilũ certamẽ deſcendere, homo alioqui adeo imbecillus, ut uix uiueret, hac re fretus, ꝙ multos haberet domi ſeruos egregie robuſtos. Porrò de artium profeſſorihus quid attinet commemorare? quando peculiaris eſt horum omniũ Philautia, ad-

eo

*naceũ, cui uox ẽ rauca & inamabilis. Proinde ab aĩante Græci nomẽ dederũt huic uocis uitio, ut teſtatur Quĩtilianus. Alterum Hermog.) Hunc Flaccus noĩat in ſatyris ut ſummũ canẽdi artificẽ: Inuideat qđ & Hermogẽes, ego cãto. Qualis erat ille bis beatus.) Eſt lepidiſſima fabła de quodã diuite ſtulto, q putabat ſe ſcire qcqd ullus ſeruorũ ſciret. Erat adeo obliuioſus, ut narratur⁹ aliquid, ſæpe reqreret nomẽ Hectoris, aut Achillis.*

Et

Hermogenes.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Et opus erat ſeruo, qui nomen ſuggereret. Huic adeo inualido ut uix uiueret, adulatores ſuadebant, ut in pugilū certamen deſcenderet, & reſpondenti, qui poſſum? uix uiuo, Nō uides, inquunt, q̄ multos ualidos ſeruos habeas domi tuæ? Vt reperias citi.) Ita Martialis in epigrāmatis ait īueniri forte, qui cedāt agro paterno, q̄ uelit ingenio cedere, nullus erit. Similes labra lactuc.) Prouerbium eſt, cum digna cōtingūt dignis, ut ineptus cātor inſulſo auditori. Plurimis arridēt.) Eleganter arrident poſuit ꝓ placēt, quemadmodū et blādiri dicūtur, quæ*

Poetæ philauti.

eo, ut repias citius, qui uelit agello paterno quàm ingenio cedere, uerum præcipue hiſtrionum, cātorum, oratorum, ac poetarū: quorum ꝙ quiſq; eſt indoctior, hoc ſibi placet inſolentius, hoc ſeſe magis iactat ac dilatat. Et inueniūt ſimiles labra lactucas, imò quo quid ꝗ eſt ineptiꝰ, hoc plures admiratores nanciſcit̃, ut peſſima quæꝗ ſemꝑ plurimis arrident, propterea ꝙ maxima pars hominū (ut diximus) ſtultitiæ obnoxia eſt. Proinde ſi quis eſt imperitior, & ſibiipſi multo iucūdior eſt, & pluribus admirationi, quid eſt quod is ueram eruditionē malit, primum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mum magno cōſtaturam,
deinde reddituram & pu-
tidiorē & timidiorem, po-
ſtremo multo paucioribus
placiturā: Iam uero uideo
naturam, ut ſingulis mor-
talibus ſuā, ita ſingulis nati
onibus ac penè ciuitatibus
cōmunem quādam inſeuiſ
ſe Philautiam: atq; hinc fi
eri, ut Britāni præter alia,
formam, muſicam, & lau-
tas mēſas propriè ſibi uin-
dicent: Scoti, nobilitate, &
regiæ affinitatis titulo, ne
q; nō dialecticis argutijs ſi
bi blandiantur: Galli moꝝ
ciuilitatem ſibi ſumant: Pa
riſienſes, theologicæ ſcien
tiæ laudem, omnibus ꝓpè
ſubmotis, ſibi peculiariter
arrogēt: Itali bonas literas
& eloquentiam aſſerant, at
q; hoc nomine ſibi ſuauiſſi
me

*q̄ placent.* Et
*putidiorē.)* Puti-
*dū aliquādo mo*
*leſtū uocant.* Ho
*rati.* *Quorſum*
*hæc tā putida tē*
*dunt?* Britan
*ni præter alia.)*
*uide lector ut rē*
*ꝑ ſe mordacē, fe*
*ſtiuiter & citra*
*morſum tractat.*
*Quis neſcit, ut*
*ſingulis hoībus,*
*ita et ſingulis na*
*tionibus ſua q̄dā*
*uitia eſſe, de qui-*
*bus uulgus etiā*
*ſua habet puer-*
*bia.* At [illegible] nihil
*attigit odioſum,*
*ſed tantū ridicu-*
*la quædā cōme-*
*morat, ut intelli-*
*gas illū cādido il*
*lo* Mercurij *ſalē*
*ludere uoluiſſe.*
Nam

Cōis regionum philautia.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Nam Britannos etiam laudauit, ſi uindicāt ſibi quod & habent, & habere pulchrum eſt. Soli mortalium.)* Olī Græci cæteros appellabant Barbaros, deīde culti literis Itali, cæteros oēs præter græcos, barbaros appellare cœperūt. Et nūc rebus oībus commutatis, adhuc mirū ē q̄ īani nomine ſibi placeant, & q̄topere Barbaros execrentur. Veterem illam Romam.) Referrem hoc loco nonnihil de Romanorū affectu, ni ſcirem, ſine gemitu non poſſe audiri à pijs. et præſtat Eraſmi quē īterpretor, modeſtiam

Barbari.

me blandiantur omnes, q̄d ſoli mortalium barbari nō ſint. Quo quidem in genere felicitatis, Romani primas tenent, ac ueterem illā Romam adhuc iucundiſſime ſomniant: Veneti nobilitatis opinione ſunt felices: Græci tanquam diſciplinarū autores, ueterib⁹ illis laudatorum heroum titulis ſeſe uēditant:

Turcæ.

Turcæ, totaq́ꝫ illa uere Barbarorū colluuies, etiam religionis laudem ſibi uindicat, Chriſtianos perinde uti ſuperſtitioſos irridens:

Iudæi.

At multo etiam ſuauius Iudæi etiam dum Meſſiā ſuum conſtanter expectant, ac Moſen ſuum hodieq́ꝫ mordicus tenent: Hiſpani bellicam glori

ri

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

riã nulli cõcedunt: Germani corporꝝ ꝓceritate, et magiæ cognitione ſibi placẽt, ac ne ſingula pſequar, uidetis opinor, q̃tum ubiq; uoluptatis pariat ſingulis & uniuerſis mortalibus Philautia, cui ꝓpè par eſt aſſẽtatio ſoror. Nihil enim aliud Philautia, q̃ cum qs ipſe ſibi palpat. Idẽ ſi alteri facias, κολακία fuerit. at hodie res quædam infamis ẽ adulatio, ſed apud eos qui reꝝ uocabulis magis, quàm rebus ipſis cõmouentur. Exiſtimant cum adulatione fidem male cohærere: quod multo ſec⁹ ſeſe habere, uel brutoꝝ animantium exemplis poterant admoneri. Quid enim cane adulantius? at rurſum quid fideli⁹? Quid ſciuro blãdi⁹? at hoc quid

*am imitari. Nihil enĩ aliud.) Feſtiuiter p collationis occaſionem miſcuit iocũ, & tamen dixit. Eſt aũt pernicioſiſſima adulatio, cũ qs aſſẽtatur ſibi.*

κολακία.) κόλαξ. i. *adulator. Inde* κολακία *adulatio. miro uero ingenio, rẽ oĩm peſſimã laudat, & ita ludit, ut nihilo minus uerũ dicat.*

*Sciuro blãdius.) Sciurus muris genus ẽ piloſa cauda, qua ſe tegit, unde et nomenhabet.* σκία *umbra, et* οὐρὰ *cauda dicitur. ẽ enim*

Sciurus.

l

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*enī huic animanti peculiare, cauda corpus obtegere.* Ha*betur in delicijs ob luſum perpetuum.* Vt ait Horati*uu.) Is ponit duo uitia in amicitia, aſsētationem, & huic diuerſam, aſperam morum truculentiam, qua nihil amico concedimus. Eſt autem medium quiddam, ut amicum admoneas errantem, ſed non quauis de re, nec amarulente: ſed amice quædam condones, quibuſdam faueas.* Vnde Flaccus *in epiſtola ad* Lollium *ſic ait:* Diſcolor *infido ſcurræ diſtabit amicus.* Eſt *huic diuerſum uitio uitiū propè maius,* Aſperi*tas agreſtis, & inconcinna grauisq;,* Quæ *ſe cōmendat tonſa cute, dētibus atris,* Dum *uult libertas mera dici, ue raq; uirtus.* Vir*tus ē mediū uitiorum utrinq; re dactū.* Pueri*tiam ad capeſsēda.)* Laude *& munuſculis olim alliciebant pueros ad amandas literas. unde* Hora

quid eſt hoī magis amicū? niſi forte uel aſperi leones, uel immites tigres, uel irritabiles pardi magis ad uitā hoīm conducere uidētur. Quanq̄ eſt omnino pernicioſa quædā adulatio, qua nonnulli perfidioſi & irriſores, miſeros ī perniciē adigunt. Verum hæc mea ab ingenij benignitate, candoréq; quodā proficiſcit, multóq; uirtuti uicinior eſt, q̄ ea quæ huic opponit, aſperitas, ac moroſitas incōcinna (ut ait Horatius) grauisq;

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ratius: Pueris olim dant cruſtula blãdi Doctores, elemẽta uelint ut diſcere prima. Nunc uero truculentia doctorum, & plagis, primum diſcunt odiſſe literas & præceptorem: qua re, uel Fabio teſte, nihil magis puerorum ingenijs pernicioſum eſſe poteſt. Nam præter odium literarum, ingenijq; ſeruilitatem, quam ſæuitia præceptorum parit, etiam corpuſculis adhuc teneris & creſcentibus non parum nocet nimia illa ſæuitia & aſperitas: quam mirum quàm ſtulti nõ ſane pauci, tanquam præceptoris uirtutem mirantur. Prĩcipes citra.) Si neceſſe ẽ admonere prĩcipem, tamen iucunde monẽdus eſt, nõ acerbe, ne eueniat qđ' euenit Calliſtheni præceptori Alexandri, et pædagogo Ptolemæi. Porro colorem quẽ oſtẽdit, ipſe mire ſeruauit in panegyrico, quo Philippi Burgũdionũ ducis lau-*

uis ꝙ. Hæc deiectiores animos erigit, demulcet triſtes, extimulat languẽtes, exꝑgefacit ſtupidos, ægrotos leuat, feroces mollit, amores conciliat, conciliatos retinet. Pueritiã ad capeſſenda ſtudia literarũ allicit, ſenes exhilarat, principes citra offenſam ſub imagine laudis & admonet & docet. In ſumma, facit ut qſ ꝗ ſibi ipſe ſit iucundior & charior, quæ quidem felicitatis pars eſt uel præcipua. Quid aũt officioſius quàm

Calliſthenes.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*des proſecutus eſt. Nihil enim aliud illic agit laudans, q̃ ut doceat & admoneat, qualem oporteat eſſe principẽ.*

*Mutuum muli ſcabunt.*) Prouerbiũ eſt, cum uiciſsim alius alium laudat. à mulis ſumptum, qui quod manibus carent, mutuo ſe ſcabunt. *Magnam illius laudatæ.*) Nā (ut suprà diximus) Plato in Gorgia, oratoriam aſſentationis partẽ fecit. *Inter philoſophos*) Socrates modeſtiæ cauſa dicebat ſe nihil ſcire, ridens arrogantẽ ſophiſtarũ ꝓfeſſionẽ, q ſe iactabāt nihł neſcire. hinc academici nihil affirmabant, ſed qđ ubiq; ꝓbabile uiderent, id ſequebantur. porro Socrates ĩ apologia dicit ſe putare idcirco ab Apollie

Socrates.

iudi

cum mutuũ muli ſcabũt? Vt ne dicam interim hanc eſſe magnam illi⁹ laudatæ eloquentiæ partem, maiorem medicinæ, maximam poeticæ: deniq; hāc eſſe totius humanæ cõſuetudinis mel & cõdimentum. Sed falli (inquiunt) miſerũ eſt, imò nõ falli miſerrimum. Nimiũ eñ deſipiũt, qui in rebus ipſis felicitatem hominis ſitam eſſe exiſtimāt. Ex opinionibus ea pẽdet. Nam rerum humanarum tanta eſt obſcuritas uarietaſq;, ut nihil dilucide ſciri poſſit, quẽadmodum recte dictum eſt ab Academicis meis, inter philoſophos q̃

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

iudicatum oīm ſapientiſſimum, q, ſe nihil ſcire ſciret. Sic enim ait, loquēs de quodam qui & ſibi & alij uideretur ſapientiſſimus: πρὸς ἐμαυτὸν δ᾽ οὖν ἀπιὼν, ἐλογιζόμην, ὅτι τούτου μὲν τοῦ ἀνθρώπου ἐγὼ σοφώτερός εἰμι. κινδυνεύει μὲν γὰρ ἡμῶν οὐδέτερος οὐδὲν καλὸν οὐδ᾽ ἀγαθὸν εἰδέναι, ἀλλ᾽ οὗτος μὲν οἴεταί τι εἰδέναι οὐκ εἰδώς. ἐγὼ δὲ ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα οὐδ᾽ οἴομαι. ἔοικα γοῦν τούτου γε σμικρῷ τινι αὐτῷ τούτῳ σοφώτερος εἶναι, ὅτι ἃ μὴ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. i. Ad meipſum igitur conuerſus, ſic ratiocinabar, hoc ꝓfecto hoīe ſapiētior ſum. Videtur enī noſtrū neuter quid bonū, qđ ue malū ſit ſcire. Cæterū hic qdē putat ſe aliqd ſcire, nihil ſciēs. Ego uero ut nihil ſcio, ita nihil ſcire me puto. Viſus ſum igitur paulo hoc ipſo ſapiētior, q, ea quæ neſcio, ne puto qdē me ſcire. *Clamator.)* Quidam clamāt

minimū inſolentibus. Aut ſi quid ſciri poteſt, id nō raro officit etiam uitæ iucunditati. Poſtremò ſic ſculpt⁹ eſt hominis animus, ut lōge magis fucis q̄ ueris capiatur. Cuius rei ſi quis experimētum expoſitum & obuium quærat, cōciones ac tēpla petat, in quibus ſi qd ſerium narrat, dormitant, oſcitant, nauſeant omnes. Qđ ſi clamator ille, lapſa ſum, declamator dicere uo



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lebam, ita ut ſæpe faciunt, anilē aliquam fabellam exordiatur, expergiſcunt̃, erigunt̃, inhiant omnes. Item ſi quis ſit diuus fabuloſior & poeticus, quod ſi exemplum requiris, finge huius gn̄is Georgium, aut Chriſtophoꝝ, aut Barbaram, uidebitis hunc lōge religioſius coli, quàm Petrum, aut Paulum, aut ipſum etiam Chriſtum. Verum hæc nō huius ſunt loci. Iam quanto minoris cōſtat hæc felicitatis acceſſio? Quandoq;dem res ipſas aliq̄ties magno negotio pares oportet, uel leuiſſimas, uti grāmaticen. At opinio facillime ſumit̃: quæ tamen tantundē, aut amplius etiam ad felicitatē cōducat. Age ſi ꝗs putribus ueſcatur ſal-

ſa

*tantū. Declamāt autem, qui ex arte dicunt, præſertī exercendi cauſa. Quod autem ꝑ iocum hic narrat, mirum eſt q̄ quotidie uideamus euenire.*

*Finge huius generis.) Ne qs hic calumnietur, aliꝗd parū reuerēter dictū de ſanctis. Non enī uocat diuos fabuloſos, ꝙ nō ſint ſancti, ſed qđ de his fabuloſa quædā ferantur, ut Horatius fab'loſum dixit Hydaſpē fluuium. Nec id ſimpliciter affirmat, ſed addit exēpli cauſa. Nā horū hiſtoriæ fabulis*

*Fabuloſus.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*bulis ſimillimæ uidẽtur.* Et tamen *hæc qualiacunq; ſunt, libentius amplectitur uulgus, quàm quæ in actibus apoſtolorum aut in euangelijs legimus, certa & indubitata.*

Acipẽſer.

*Acipenſer alicui.)* Acipenſer *ſiue acipenſis, piſcis eſt optimi ſaporis, qui ſquamas ad os uerſas habet, olim in maximo pretio habitus. Martialis in diſtichis:* Ad Palatinas *acipenſem mittite menſas,* Ambroſias *ornent munera rara dapes.*

*Apellis aut Zeuſidis.)* Plinius *lib.* 35. Apellẽ *dicit ſupaſſe oẽs ante ſe genitos, poſteaq; ſequutos.* q̃ppe q̃ pĩxerit *ea q̃ alij pĩgere nõ potuerint, fulmĩa, tonitrua brontẽ, aſtrapẽ. Zeuſidis itẽ meminit* Plini. quẽ *ſummas diuitias dicit arte ſua ſibi comparaſſe: poſteaq; cẽſentẽ opa ſua maiora eẽ, q̃ q̃ pretio poſ-*

ſamẽtis, quorum alius nec odorem ferre poſſit, & tamen huic ambroſiam ſapiant, quæſo quid intereſt ad felicitatem? Contrà, ſi acipenſer alicui nauſeam ſapiat, quid referet ad uitæ beatitudinem? Si cui ſit uxor egregie deformis, quæ tamen marito, uel cum ipſa Venere certare poſſe uideatur, nónne perinde fuerit, ac ſi uere formoſa foret? Si quis tabulã minio lutóq; male oblitam, ſuſpectet ac demiretur, perſuaſum habẽs, Apellis aut Zeuſidis eſſe picturam, nónne felicior

*ſent comparari, cœpiſſe ea dono dare. Plura de his apđ eundem inuenies. Mei noĩs) appâret eũ loq̃ de quopiam, cui nomẽ fuerit Moro, q̃ puellã ſpõſam hac arte deluſerit.*

etiam fuerit eo, qui eorũ artificũ manum magno emerit, fortaſſis min' ex eo ſpectaculo uoluptatis pceptu rus? Noui ego quẽdã mei noĩs, q̃ nouæ nuptæ gemmas aliq̃t adulterinas dono dedit, pſuadens (ut erat facundus nugator) eas nõ modo ueras ac natiuas eẽ, uerumetiam ſingulari atq; inæſtimabili pretio. Quæſo, quid intererat puellæ, cum uitro nõ minus iucunde paſceret & oculos & animum, nugas perinde ut eximium aliquem theſaurum, conditas apud ſeſe ſeruaret? Maritus interim & ſumptũ effugiebat, & uxoris errore fruebat̃, nec eam tamẽ ſibi minus habebat deuinctam, q̃ ſi magno empta donaſſet. Num q́d intereſſe cenſetis inter eos, qui

*Specu illo Platonico.) Plato πολιτειῶν. ζ. hoĩes qui relictis di*

in ſpecu illo Platonico uariarum rerum umbras ac ſimulacra demirãtur, modo nihil deſiderẽt, neq; minus

ſibi

diuinis ideis, et ſpiritualibus rebus, quæ ueræ ſunt, nihil præter res corporeas uerarum rerum umbras mirātur, tanq̄ cæcos & ſomniantes fingit ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει. i. in ſubterraneo domicilio ſpelūcæ formā præ ſe ferenti, ſuis affectibus uinctos ſedere. Ad hūc enim modum Socrates ferè apud eum loquitur: Naturā noſtram, quo ad eruditionem & ruditatem pertinet, tali quadam imagine contēplare, finge ſubterraneum ſpecus, cuius ingreſſus uerſus lumen per antrum totum peruius undiq; pateat: ī eo homines nutritos à pueritia, ceruicem & crura ita deuinctos, ut & immobiles permanere cogantur, & ad ſola anteriora proſpicere: capita uero uinculis adſtricta, circumducere nequeant, poſt tergum autem ſuperne, ac procul, ignis lumen ſuſpēſum ſit, interq; ignem & uinctos homines uia ſuperior pateat, ſecus quam paries ſit conſtructus, quemadmodum præſtigiatoribus apponuntur coram ſpectantium oculis cortinæ quædam, ſuper quibus ſua miranda oſtentant: finge præterea homines alios inter parietes ferre res uarias: Hos demum homines ait, nihil aliud quicq̄ uel ſui ipſorū, uel aliarum rerum poſſe uidere, præter umbras quæ ex igne ad aduerſam ſpeluncæ partem cadunt. Mycillo Lucianico) Apđ Lucianū Mycillus quiſpiam cerdo, pauperculus cœnauerat apđ præ

ſibi placeant: & ſapientem illum q̄ ſpecū egreſſus, ueras res aſpicit? Qđ ſi Mycillo Lucianico diues illud

Mycillus.

&    l 5    præ

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

et aureũ ſomniũ ꝑpetuo ſomniare licuiſſet, nihil erat cur aliam optaret felicitatẽ. Aut nihil igit̃ intereſt, aut ſi q̄d ĩtereſt, potior etiã ſtultoꝝ cõditio. Primũ, ꝙ ĳs ſua felicitas minimo cõſtat, id ẽ, ſola ꝑſuaſiuncula. Deiñ, ꝙ ea fruunt̃ cũ plurimis cõmunit̃. Porrò nullius boni iucũda ſine ſocio poſſeſſio. Quis enim neſcit quanta ſapientũ paucitas, ſi modo quiſq̃ inueniatur? quanq̃ ex tot ſeculis Græci ſeptẽ omnino numerant, q̊s mehercle ſi q̄s accuratius excutiat, diſpeam ſi uel ſemiſapientẽ inueniet, imò ſi uel trientẽ uiri ſapientis. Proinde cum inter multas Bacchi laudes, illud habeatur (ut eſt) primarium, ꝙ animi curas eluat, idq; ad

ex

*prædiuitem uicinum, nocteq; ſomniauit ſe ſubito diuitem uehi humeris, poſſiderẽq; quæcunq; diuites poſſidẽt. et ob id minatur gallo, q̧ ſuo cãtu tantam felicitatẽ ĩterrupiſſet.* Extat *dialogus ab* Eraſmo *latin⁹ factus.* Vel triententem.) Triens *ẽ quarta pars aſſis, hoc eſt, tres unciæ.* Quod ani curas) Vnde *in epigrammate* Græco γηθόσυνος, *id eſt, lætus.* λυσιμέριμνος *.i. curam ſoluẽs:* φιλομειδὴς, *.i. amator riſus:* τερπνός. *.i. de-*

Triens.

ectabilis: & ῥαδινὸς. i. facilis dicitur. Bacchi laudes complexus eſt Flaccus hoc carmine: Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermẽ, Sollicitis animis onus eximit, addocet artes. Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Contracta quem nõ in paupertate ſolutum? Tibullus quoq;: Adde merum, uinoq́; nouos compeſce dolores. Et Propertius Elegiarum tertio ad Bacchum ait: Curarumq́; tuo ſit medicina mero. Homerus item Iliados. 6. ἄνδρι δὲ κεκμηῶτι, μένος μέγα οἶνος ἀέξει. i. Viro autem q laborauit, robur magnũ uinum augebit.

exiguum modo tẽpus: Nã ſimulatq; uillum edormieris, protinus albis (ut aiũt) quadrigis recurrũt animi moleſtiæ, quanto meũ beneficiũ cum plenius, tum præſentius, quæ perpetua quadam ebrietate, mẽtem gaudijs, delicijs, tripudijs expleo, idq; nullo negotio? Neq; quenq̃ omnino mortalem mei muneris expertem eſſe ſino, cum reliquæ numinũ dotes aliæ ad alios perueniant. Nõ ubiuis naſcit̃ gñoſum & lene merum

Albis quadrigis.) Hoc puerbio ſummam indicauimus celeritatẽ. Generoſum & lene.) Sic Horatiꝰ: Ad mare cũ uenio, generoſum et lene reqro, Quod curas abigat, qđ cum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*cum ſpe diuite manet, Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.* Dextro Hercule.) *Huic decimas bonorum uouerunt, ut diteſcerent: unde Perſius Saty. 2. Et ô ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria, dextro Hercule.*

Iupiter Homericus.) *Homerus ſcribit ſceptrũ & ius à Ioue dari regibus, apud quẽ Vlyſſes Ilia. 2. ſic loqtur:* Εἷς κοίρανος ἔσω, εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμισας ἵνα σφίσι βασιλεύῃ. *i. Vnus dominus ſit, unus rex, cui dedit filius Saturni uerſuti ſceptrũ atque fas, ut ipſos regat. Et Neſtor Iliados* α. Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε ζεὺς κῦδος ἔδωκεν *. i. ſceptrifer rex cui Iupiter gloriam dedit.* Apollinis tripode) *Cũ reſpõdet q̃ nollẽt audiſſe.* Saturnius.) *. i. Iupiter, cui fulmen tribuunt poetæ, unde* τερπικέραυνος *dicitur.* Phœbus

rum, quod cum curas abigat, quod cũ ſpe diuite manet. Paucis cõtigit formæ gratia, Veneris munus: paucioribꝰ eloquẽtia, Mercurij donum. Non ita multis obtigerũt opes, dextro Hercule. Imperiũ non cuiuis cõcedit Iupiter Homericus. Sæpenũero Mauors neutris fauet copijs. Complures ab Apollinis tripode triſtes diſcedunt. Sæpe fulminat Saturnius. Phœbus aliqñ iaculis peſtẽ immit

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bus aliquãdo.) Vt in.1.Ilia.ob ereptam ſacerdotis Chriſæ filiã, βασιλῆι χολωθεὶς Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.i.Regi iratus morbum excitauit malum, perierũtq; populi. Vnde Pæan dicitur ἀπὸ τοῦ παίειν.i.à feriendo, & Apollo ἀπὸ ἀπολλύειν, .i.à corrumpendo, & βελεσιχαρὴς.i.ſagittis gaudens, & ἑκατηβόλος.i. longe iaciens. Veioues iſtos.) Antiqui Romani ut Iouem & Diouem à iuuando appellarunt, ita eum deum, qui non iuuandi poteſtatem, ſed uim nocendi haberet, (nam deos quoſdam ut prodeſſent, celebrabant: quoſdam ut ne obeſſent, placabant) Ve iouem appellauerunt, dempta atq; detracta iuuandi facultate, per hoc στερητικὸν μόριον.i.priuatiuam particulam, uæ. Huius dei ſimulacrũ, quod fuit Romæ in æde ipſius, quæ erat inter arcem & Capitolium, ſagittas tenebat, quæ uidelicet erãt ad nocendum paratæ. Quapropter eum deum pleriq; Apollinem dixerunt: Huiuſmodi ferè A.Gellius libri.5.capit.12. Atas.) Aten finxit Homerus, quam Latine noxam poſſis dicere. Hæc immittit turbas & offenſas rebus mortalium, quas Litæ ſtudent componere. Eam Iupiter capillis arreptis præcipitauit è cœlo, ut dicit Homerus Iliados.19. Eadem inter Agamemnonẽ & Achillẽ excitauit diſſidiũ, de qua Iliados quoque octa uo

Phœbi cognomina.

mittit. Neptun⁹ plures extiguit q̃ ſeruat. ut ĩteri Veioues iſtos, Plutões, Atas, Pœ

nono ſic dicit: ἡ δ' ἄτη σθεναρή τε καὶ ἄρτιπος, οὕνεκα πάσας πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν βλάπτουσ' ἀνθρώπους. i. Ate autem robuſta uelox'q; eſt, quoniam omnes Litas curſu ſuperat: præuenit autem in omnem terram, nocens hominibus.

Democri. Pœnas, Febres.) Quidam duos tantum deos faciebant, Beneficiũ & Pœnam, ut Democritus: quod, ut Plinius ait, ad maiorem accedit ſocordiã, q̃ ponere innumeros, q & lib. 2. autor ẽ, Febri publice phanũ dicatũ fuiſſe ĩ palatio. Piamina.) Credebãt offendi deos, ſi q̃d in ſacris fuiſſet non rite peractũ: id ſi accidiſſet, expiabant.

Nec cœlũ terræ.) Prouerbiũ ẽ, quo ſignificamus ſummũ tumultũ. Sic Iuuenalis ſatyra ſecũda:

Pœnas, Febres, atq; id genus nõ deos, ſed carnifices cõmemorẽ. Ego ſum una illa ſtultitia, quæ om̃eis ex æq̃ tam parata beneficẽtia complector. Nec uota moror, nec iraſcor, expoſcens piamina, ſi q̃d ceremoniarum fuerit prætermiſſum. Nec cœlũ terræ miſceo, ſi quis reliquis inuitatis dijs, me domi relinquat, nec admittat ad nidorẽ illum uictimarum. Nam cæterorũ deorum tãta in his eſt moroſitas, ut propè maius ſit operæpretiũ, atq; adeo tu-

da: ti

*da: Quis cœlum terris nō miſceat, & mare cœlo? Idem ſexta: Clames licet, & mare cœlo Confundas. Alluſit autem ad fabulam apri Calydonij, quem immiſit Diana, quod cæteris dijs ad conuiuium uocatis, ſola domi remãſerit, quæ apud Naſonem transformatorum libro octauo ſic: Tãgit & ira deos, at nō impune feremus. Quæq;*

tius illos negligere quàm colere. Quẽadmodũ ſunt & homines nonnulli, tam difficiles, & ad lædendum irritabiles, ut pſtiterit eos prorſum alieniſſimos habere q̃ familiares. At nemo, inquiunt, Stultitiæ ſacrificat, neq; templum ſtatuit. Equidem demiror (ut dixi) nõnihil hanc ingratitudinem. Verum hoc quoq; pro mea facilitate boni cõſulo: quanq̃ ne hæc quidẽ deſiderare poſſum. Quid enim ẽ cur thuſculum aut molam, aut hircum, aut ſuem reqram, cũ mihi mortales omnes ubiq; gẽtium

*inhonoratæ, non & dicemur inultæ, Inqt, et Oẽneos ultorẽ ſpreta per agros Miſit aprũ. De hac re multus eſt iocus apd Lucianum, in cõuiuio philoſophorum, ſiue Lapithis. Thuſculũ) Thure olĩ litabãt & mola. Plinius ĩ præfatiõe: Et mola tãtum ſalſa litãt, q nõ habẽt thura. Eſt aũt mola far toſtum, ſale conſperſum, quo hoſtiæ aſpergebantur*

eum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tur, dictum à molito farre.* Dianæ debeam inuidere) Apud Scythas Thauricæ Dianæ humano ſanguine litabatur, in Latio quoq; (ut Strabo in .5. ſcribit) tēplum Dianæ Thauricæ erat, Artemiſium dictum, non procul ab Alba, in quo humanis hoſtijs litabatur Dianæ. Idcirco inquit Lactantius diuinarum inſtitutionum libro.2. Dij humanas hoſtias excogitauerunt, ipſi hoſtes humani generis, ut q̄plurimas deuorarent animas. Quanta turba.) Oſtendit quid dixiſſet cultum optimum, qui conſtat imitatione uitæ, non ceremonijs. Et ait plurios eſſe, ꝗ beatā Mariam ceremōijs colant: perpaucos, ꝗ uitam ſtudeāt æmulari, hoc ē, humilitatē, puritatē, contemptū diuitiarū, meditationem diuinæ ſcripturæ. quod aūt per iocū additū eſt, in meridie, nemo malignius interpretetur quaſi dānet ſim

Artemiſiū

eum cultum perſoluant, ꝗ uel à theologis maxime ꝓbari ſolet? Niſi forte Dianæ debeam inuidere, ꝙ illi humano ſanguine litatur. Ego me tū religioſiſſime coli puto, cū paſſim, ut faciunt omnes, animo cōplectunt, moribus exprimūt, uita reꝑſentant. Qui quidē diuorum cultus, nec apud Chriſtianos admodum frequēs eſt. Quanta turba eorum, ꝗ deiparæ uirgini cereolum affigūt, idq; in meridie, cum nihil eſt opus? Rur

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Rurſum quã pauci q̃ eandem uitæ caſtimonia, modeſtia, cœleſtium reꝝ amore ſtudeant æmulari? Nam is demũ uerus ē cultus, lõge ꝙ cœlitibus gratiſſimꝰ. Præterea cur templum deſiderem, cum orbis hic uniuerſus tẽplum mihi ſit (ni fallor) pulcherrimũ? Neꝙ uero deſunt myſtæ, niſi ubi deſunt hoĩes. Nec iam uſqueadeo ſtulta ſum, ut ſaxeas ac coloribus fucatas imagines regram, quæ cultui noſtro nõnunquam officiũt, cũ à ſtupidis & pinguibꝰ iſtis, ſigna pro diuis ipſis adorant̃. Nobis interim uſu uenit, qđ ſolet ĳs, qui à uicarĳs ſuis extrudũtur. Mihi tot ſtatuas erectas puto, quot ſunt mortales, uiuam mei imaginem

præ

ſimplicẽ populi pietatẽ. Etiamſi Hieronymus Vigilãtio deridẽti hũc morẽ, nihil aliud reſpõdet, q̃ cereos accendi, non in honorem martyrũ, ut ipſe calumniabatur, ſed in ſolatiũ nocturnæ caliginis.

Deſunt myſtæ.) Qui initiati numini ſacra celebrãt. Vt ſaxeas.) Oẽs fermè ueteres ſancti damnabãt in tẽplis imagĩes, ob metum idololatriæ, id quod ex compluribus patet locis, uel apđ Hieronymũ, epiſcopus quidã uelũ ſuſtulit, et con

m ci.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cidit è tẽplo, quod hominis haberet pictam imaginẽ. Et diuus Gregorius epiſcopum quendam reprehendit, non quod imagines fregerit, ſed quod id fecerit abſq; cõſilio fratrum. Et in eadem epiſtola ſæpius inculcat, nihil manufactum ullo modo debere adorari: at poſteriores theologi rationem inuenere (ut ipſis uidetur) argutam, qua eadem ratione adoremus ſaxeam aliquam, & uermiculoſam imaginem, & Chriſtum: uerum de his non diſputo. Sit magna pietatis pars, prouolui gypſo coloribus lito. Non taxatur hic conſuetudo Chriſtianorum, ſed illorum ſtultitia, qui imagines uenerantur non ut ſigna, ſed perinde quaſi ipſæ ſenſum aliquem habeant, & huic magis fidant quàm illi. Quod ſi conſultum eſt uitare ſcelerum occaſiones, nullum autem ſcelus execrabilius idololatria, profecto non alienum fuerit, hanc è medio tollere, ne quid offendat imperitos.

Rhodus. Rhodi.) Inſula ẽ Lyciæ, ut Mela ſcribit, in qua (ut Solinus ait) nunquam tam nubilum eſt cœlum, ut ſol non uideatur. Unde Horatius in Odis eam claram dicit. Quocirca in ea Phœbus colebatur.

Cyprus. Cypro.) Inſula ẽ, quæ Ciliciã à ſeptentrione, Iſſicũ ſinũ ab oriẽte, Pãphyliũ ab occidente, & ægyptiũ à meridie habz: de qua Stra

præ ſe ferentes, etiamſi nolint. Itaque nihil eſt quod reliquis dijs inuideã, ſi aliis in angulis terrarum alij colantur, id'que ſtatis diebus: quemadmodũ Rhodi Phœbus, ĩ Cypro Venus, Ar

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Strabo decimoquarto. Hanc Flaccus dicit dilectam Veneri, unde & Cypria dicitur. Argis.) Strabo libr. 8. multiplices ponit Argos: hic de Peloponeſiaco loquitur, ubi dicatum erat Iunoni templum. De hoc apud Homerum Iliados quarto ſic loquitur Iuno: Argos.

ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες,
Ἄργος, σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

Id eſt: Tres mihi ciuitates multo omniũ ſunt maxime dilectæ, Argos, Sparta, & latas uias habẽs Mycene. In Olympo.) Strabo lib. 8. quatuor dicit eſſe Olympos: hic de Peloponeſiaco loquitur, circa quẽ eſt Elis & Piſa Ioui dicata, ut Strabo ait, & Olympia, ubi olympici agones fiebãt. Olympus. Lampſacum oppidum eſt circa anguſtias Helleſpontiacas, nõ pcul ab Abydo, ubi Priapus colebatur. De hoc Plinius. li. 5. Con- Lãpſacũ.

Argis Iuno, Athenis Minerua, ĩ Olympo Iupiter, Tarenti Neptunus, Lampſaci Priapus, modo mihi cõmuniter orbis om̃is longe potiores uictimas aſſidue præbeat. Atqui ſi cui uideor hæc audacius quàm ueri⁹ dicere, agedum pauliſper ipſas hominum uitas inſpiciam⁹, quo palàm fiat, & quantum mihi debeant, & quanti me faciãt maximi pariter ac minimi. At non quorumlibet uitam

m iij re

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

recēſebimus, nam id quidem perlongū, uerum inſignium tātum, unde reliquos facile ſit æſtimare. Quid enim attinet de uulgo plebeculaq́ꝫ commemorare, quæ citra cōtrouerſiam tota mea eſt? tot em̄ undiqꝫ ſtultitiæ formis abundat, tot indies nouas comminiſcit̄, ut nec mille Democriti ad tantos riſus ſuffecerint: quanquam illis ipſis Democritis rurſum alio Democrito foret opus. Quinetiā incredibile ſit dictu, quos riſus, quos ludos, quas delicias homunculi quotidie præbeāt ſuperis. Nam hi quidem horas illas ſobrias et antemeridianas, iurgioſis cōſultationib⁹, ac uotis audiendis impartiūt. Cæterum ubi iam nectare madēt, neqꝫ lubet quicquā ſerium agere, tum qua parte cœlū quàmmaxime prominet, ibi conſident: ac pronis frontibus quid agitent homines ſpeculantur. Nec eſt aliud ſpectaculum illis

*Conſultationibus.) Lege Icaromenippū Luciani, quem Eraſmus latinitate donauit, & rectius intelliges hūc locū. Hic locus totus iocoſus eſt, & tamen ludēs depīgit imaginē uitæ humanæ.*

ſua

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſuauius. Deum immortalem, quod theatrum eſt illud, quàm uarius ſtultorum tumultus? Nam ipſa nonnunq̃ in deorũ poëticorꝝ ordinibus cõſidere ſoleo. Hic deperit in mulierculã, & quo minus adamatur, hoc amat impotentius. Ille dotem ducit, non uxorem. Ille ſpõſam ſuam proſtituit. Alius zelotypus uelut Argus obſeruat. Hic in luctu papæ q̃ ſtulta dicit facitq́ꝫ, cõductis etiã uelut hiſtrionibus, qui luctus fabulam peragãt. Ille flet ad nouercæ tumulum. Hic quicq̃d undecunq́ꝫ poteſt corradere, id totum uentriculo donat, paulo pòſt fortiter eſuriturus. Hic ſomno et otio nihil putat felicius. Sunt q alienis obeũdis negotiis ſedulo tumultuantur, ſua negligũt. Eſt qui uerſuris, atq́ꝫ ære alieno diuitem ſe eſ-

*Amantes.*

*zelotypi.*

*Verſura.*

*Il-næ.* *Flet ad nouercæ tumu.)* Prouerbio dictũ eſt apud græcos, δακρύειν πρὸς τῆς μητρυιᾶς τάφον. i. Flere ad nouercæ tumulum, de his q fingerẽt dolorẽ, cũ apud ſe gauderent. *Ventriculo.)* Quẽ uulgus ſtomachũ, Latini uẽtriculũ uocant. *Verſuris)* Verſura ẽ, cũ æs alienũ ære alieno diſſoluitur, & creditor



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*mutatur, nõ liberatur debitor, ſed magis inuoluitur: hĩc ducta uoce, ut autor eſt Feſtus, quod creditorem uerterent. Terenti. in in Phorm. In eodẽ luto hæſitas, uorſurã ſolues.*

*Decocturus) Decoxiſſe dicuntur, q abſumptis omnibus, cedũt bonis, ut loquuntur iureconſulti.*

*Orbis ſenib.) Orbi ſunt, qbus liberi non ſunt. hos potiſſimum captant.*

*Beatis aniculis.) Beatas uocat diuites. Iuuena. Optima ſummi Nunc uia pceſſus, uetulæ ueſica beatæ.*

*Quos captant) Id Horatius narrat de Naſica & Corane.*

Auari. Milites. Hæredipetæ.

ſe putat, mox decocturus. Alius nihil arbitratur felicius, quàm ſi ipſe paup hæredẽ locupletet. Hic ob exiguum, idq; incertũ lucellum, per omnia maria uolitat, undis ac uẽtis uitam cõmittẽs, nulla pecunia reparabilem. Ille mauult bello diuitias quærere, quàm tutum otium exigere domi. Sunt q captandis orbis ſenibus, putant quàm cõmodiſſime ad opes peruenire. Neq; deſunt, qui idem malint deamandis beatis aniculis aucupari. Quorũ utriq; tum demum egregiam de ſe uoluptatem dijs ſpectatoribus præbẽt, cum ab ipſis quos captant, arte deluduntur. Eſt omnium ſtultiſſi-

Luci

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Lucianus item de nõnullis* ἐν νεκρικοῖς. Rem oĩm *ſordidiſſimam.) Sordidũ uocat illiberale, & magno animo indignum.* Porro *in bonorũ ordine, etiam iuxta* Peripateticos *nihil uilius pecunia, quam ſolam captant negotiatores.* Nec Cicero *probat hoc negotiatorũ genus, ꝗ hic coëmunt ut alibi carius uendant.* Et *pauciſſimi ſunt, imò nulli opinor, qui ſine fraude diteſcãt.* Et *tamen hi ſoli habentur in pretio, cum in ſententijs theologorum plane dãnata ſit negotiatio, ſi* Gregorio *credimus, nam hic citatur in* Sententijs*. nec minus ſi* Chryſoſtomo, *Auguſtino, &* Caſſiodoro *credimus. nã hic citãtur in* Decretis *diſtin.*88. *quorũ ſanctiſſimis ſcriptis, neſcio quis frater, mercatorib. aſſẽtari uolens, paleas præpoſuit.* Auguſtinus *etiã palã dicit ĩ libro de pñia, mercatores & milites pñiam agere nõ poſſe.* Adulatores *fratercu.)*

tiſſimũ ac ſordidiſſimũ negotiatorꝝ genus, quippe ꝗ rem omnium ſordidiſſimã tractent, idq́ꝫ ſordidiſſimis rationibus, qui cum paſſim mentiantur, peierent, furẽtur, fraudent, imponant, tamen omnium primos ſeſe faciunt, propterea quod digitos habeant auro reuinctos. Nec deſũt adulatores fraterculi, ꝗ mirẽtur iſtos, ac uenerabiles palã appellent, nimirũ ut ad ipſos aliqua male partorum porti-

Negotiatores.

Adulatio cõcionatorum.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Non taxat religioſos, ſed adulatores: cuiuſmodi ſunt in hoc genere non parum multi, qui concionantur ad quæſtũ, & nullos ſæpius aut honorificẽtius appellãt q̃ mercatores, quos uocãt uenerabili mercãdanti, ꝗ hi dẽt largius. Alibi uideas Pythagoric.) Iocatur in furaces, q̃a Pythagoras dixit: τῶν φίλων τὰ πάντα κοινὰ εἶναι, id eſt, amicorũ oĩa eſſe coĩa. Id dogma ſequi uidentur, cũ ab oĩbus uelut ab amicis accipiũt. Votis tantum.) Vt apud Lucianum in Naui. Foris diuites) Aiũt Vene*

uncula redeat. Alibi uideas Pythagoricos quoſdã, q̃bus uſq; adeo omnia uidentur eſſe cõmunia, ut quicquid uſquã incuſtoditũ nacti fuerint, id uelut hæreditate obuenerit, æquo animo tollant. Sunt qui uotis tantum diuites ſunt, & iucunda quædã ſibi fingũt ſomnia, idq; ad felicitatem ſatis eſſe putant. Nõnulli foris diuites haberi gaudent, domi gnauiter eſuriunt. Hic feſtinat quicquid habet ꝓfundere, ille per fas nefasq; cõgerit. Hic cãdidatus ambit populares honores, ille ad focũ ſemet oblectat. Bona pars lites nunquam finiendas agitat, & hinc atque hinc certatim contendunt, ut

Optatores

profuſores

Ambitioſi

Litigatores.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Venetijs multos huiuſmodi patritios eſſe. Prorogato rem iudicem.) Differt enim ſententiã ne perdat quæſtũ.

Et colluſorem.) Colludit, qui nocet parti quam uidetur tueri, & adiuuat quam uidetur oppugnare, quod iureconſulti uocant præuaricationẽ. Eſt qui Hieroſol.) Non damnat eos, qui pro animo uiſunt loca quædã. Tametſi nõ uideo quid in his ſit magnæ pietatis, niſi forte ſit aliquid uidiſſe ueſtigia Chriſti & ſanctorũ, ut his accendamur ad æmulationẽ. Et maxima pars hoĩm, hodie maximo ſuo malo peregrinatur. Plerique ſub hoc prætextu planos & errones agunt. Verum hæc non libenter audiunt, qui ex hoĩm uel ſuperſtitione uel malitia lucrum ſentiunt. Veruntamen uide ꝙ circunſpecte locutus eſt Eraſmus etiã ſub aliena perſona, ne quis poſſet offendi. Non ꝓbat eos, qui domi reliquũt quos curare debeãt, et uiſunt loca, in ꝗbus nihil negotij habebant, tantũ uiſunt, ut uiſant.

ut ꝓgatorẽ iudicẽ, et colluſorem ditẽt aduocatum. Hic rebus nouãdis ſtudet, ille magnũ quiddã molit̃. Eſt qui Hieroſolymã, Romam, aut diuum Iacobum adeat, ubi nihil eſt illi negotij domi relictis cũ uxore liberis. In ſumma, ſi mortalium ĩnumerabiles tumult⁹ è luna, quẽadmodũ Menippus

Quemadmodum Menippus) extat (ut dixi) dialogus Icaromenipp⁹, ĩ quo Menippus in luna ſedẽs



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pus olim, deſpicias, putes te muſcarum, aut culicū uidere turbam inter ſe rixantium, bellantium, inſidiantium, rapientium, ludentium, laſciuientium, naſcentium, cadentium, morientium. Neq; ſatis credi poteſt, quos motus, quas tragœdias ciat tātulum aīalculū, tamq; mox perituꝝ. Nam aliq̃ties uel leuis belli, ſeu peſtilētiæ ꝓcella, multa ſimul milia rapit ac diſſipat. Sed ipſa ſtultiſſima ſim, planeq; digna, quam multis cachinnis rideat Democritus, ſi pergam popularium ſtultitiarum & inſaniarum formas enumerare. Ad eos accingar, qui ſapientiæ ſpeciem inter mortales tenent, & aureum illum ramum (ut aiunt) aucupantur, inter quos grammatici primas tenent, genus hominū profecto, q̃ nihil calamitoſius, nihil afflictius, nihil æque dijs inuiſū foret, niſi ego miſerrimæ profeſſionis incōmoda dulci quodam

*[S]tultitia [d]octorū [h]ominū.*

*...dens cōtēplatur mortalium uitā.*

*Aureū illum ramum.) Alluſit ad ramū, quē duce Sibylla reperit Aeneas apud Vergiliū, ad īferos deſcenſurus: hunc interpretatur ſapiētiam.*

*[G]rāmatici miſeri.*

πεν

πέντε καθάρσαις.) i. quinq; execratiõibus, ſiue deuotionibus. Alluſit autẽ ad Græcum epigrãma, quod iocatur grammaticis eſſe, πέντε γένη, πέντε πτώσεις, καὶ πέντε κατάρας, id eſt, quinq; genera, quinq; caſus, & quinq; deuotiones, ob quinq; primos uerſus Homericos, quorum primus incipit à μῆνιν, quod iram ſignificat: ſecundus οὐλομένην, quod pernicioſam ſignificat, habet & μυρία ἄλγεα. i. innumeros dolores: tertius, animas mittit ad inferos: quartus, canum laniationem: quintus, auium, & iram Iouis. Atq; his auſpicijs ingrediũtur ſuum munus. Epigramma autem eſt libro primo Palladæ titulo huiuſmodi:

Ἀρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχός ἐστι κατάρα.
πρῶτος μῆνιν ἔχει, δεύτερος οὐλομένην.
καὶ μετὰ δ' οὐλομένην, Δαναῶν πάλιν ἄλγεα [illegible]
ὁ τρίτατος ψυχὰς εἰς ἀΐδην κατάγει. (λά.
τοῦ δ' τετάρτου τὰ ἑλώρια, καὶ κύνες ἀργοί.
πέμπτου, οἰωνοί, καὶ χόλος ἐστὶ Διός.
Πῶς οὖν γραμματικὸς δύναται μετὰ πέντε κατά
καὶ πέντε πτώσεις, μὴ μέγα πένθος ἔχειν; (ρας,

Id eſt: Principium grammatices quinq; uerſibus contenta ẽ deuotio. Primus irã habet, ſecundus pernicioſam. Et poſt pnicioſam, græcorũ

rum

dam inſaniæ gñe mitigarẽ. Neq; em̃ πέντε κατάραις, id ẽ, quinq; tm̃ diris obnoxij ſunt iſti, queadmodũ indi-

cat

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*rurſum dolores multos. Tertius animas in infernum deducit. Quarti autem, tractus, & canes ueloces. Quinti, aues, & ira eſt Iouis. Quomodo igitur grammaticus poteſt poſt quinq; execrationes & quinq; caſus, non magnũ luctũ habere?* In φροντιστηρίοις.) *Ariſtophanes* ἐν νεφέλαις, *Socratis ſcholam uocat* φροντιστήριον, *quaſi dicas ſolicitudinis locũ, qđ illic triſtes ac cogitabundi ſederẽt. Et Socrates dicere conſueuit* φρόντισον, *hoc ẽ, cogita, hoc dicto adhortãs ad diligentẽ rei cõſiderationem.*

*Aſinum illũ Cumanum) Is receptum leonis exuuium adaptarat corpori ſuo. atq; ita leo creditus, timebatur, donec qdam ex aurium prominẽtium in*

cat epigramma Græcum, ueꝶ ſexcentis, ut qui ſemp famelici ſordidiq́;, ĩ ludis illis ſuis, in ludis dixi, imò in φροντιστηρίοις, uel piſtrinis potius, ac carnificinis, ĩter puerorum greges conſeneſcant laboribus, obſudeſcant clamorib9, fœtore pædoreq́; contabeſcant, tñ meo beneficio fit, ut ſibi primi mortalium eſſe uideãtur. Adeo ſibi placent, dum pauidam turbã, minaci uultu uoceq́; territãt, dũ ferulis, uirgis, lorisq́; cõſcindũt miſeros, dũq́; modis oĩbus ſuo arbitratu ſæuiũt, aſinũ illũ Cuma

um indicio ſenſit aſinum eſſe: deinde fuſte cōtuſus, ad ſtabulum reductus eſt. *Amaricinum olet.*) De compoſitione unguenti amaricini, quod & ſanſucinum uocant, uide Dioſcoridem in primo. Hoc Plinius in decimotertio libro dicit optimum fuiſſe in Cypro & Mitylenis, quod ibi ſanſucus abūdet. *Tyranni dē ſuā.*) Eſt oīno ſimulacrū tyranni ſæuus, ut fere ſunt oēs ludimagiſtri: adeo, ut Dionyſius Syracuſis expulſus, Corinthi ludum apuerit literarium, cū ſine tyrānide uiuere non poſſet, tā malus præceptor, q̄ fuerat rex. *Phalaridis*) Phalaris Agrigētinorum tyrannus, adeo crudelis, ut φαλαρισμὸν uocent

manum imitātes. Interim ſordes illæ, meræ mūditiæ uidenť, pædor amaricinū olet, miſerrima illa ſeruitꝰ regnum eſſe putať, adeo ut tyrānidem ſuam nolint cū Phalaridis aut Dionyſii imperio commutare. Sed longe etiam feliciores ſunt, noua quadam doctrinæ ꝑſuaſione. Siquidem cum mera deliramenta pueris inculcent, tamen dĳ boni, quem nō illi Palæmonem, quem nō Donatum p̄ ſeſe contemnunt? idq́ꝫ neſcio quibus præſtigĳs mire efficiūt, ut ſtultis materculis et idiotis p̄ribus tales uideātur, quales

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*cent durius imperium.* Anchiſæ matrem.) *Ex Homero ſolent talia proponere, & facinus eſt ignorare quicq̄ huiuſmodi.* Bubſequam.) *Hoc utitur Apuleius, pro eo qui ſequitur boues.* Bouinatorē.) *Bouinari ueteres dicebāt tergiuerſari in cauſa: et bouinator, tergiuerſator. Cuius meminit A. Gellius.* Manticulatorem.) *Feſtus oſtendit olim manticulari dictum fuiſſe, pro clanculum ſuffurari.* Vetuſti ſaxi fragmētum.) *Sunt qui adeo ſuperſtitioſe uenerētur antiquitatem, ut rudera quoq; tantum non adorēt, & putria ſaxa, quāquam moderatum antiquitatis ſtudium ī laude ponendum ē.*

Bouinari.

Manticulator.

Africam deuicerint.) *Quod longo ancipitiq; bello, uix tādem Scipionū maxīe auſpicijs deuicta ſit à Romanis.*

Vel Babylonas.) *Prouerbiale eſt apud Lucianum. Hanc opulentiſſimam urbem*

les ipſi ſe faciūt. Iam adde & hoc uoluptatis genus, q̊ties iſtorum aliquis Anchīſæ matrē, aut uoculam uulgo incognitam, ī putri quapiam charta dep̄henderit, puta bubſequam, bouinatorem, aut manticulatorem, aut ſi quis uetuſti ſaxi fragmētum, mutilis notatum lr̄is alicubi effoderit, ô Iupiter, quæ tum exultatio? qui triumphi? q̄ encomia? perinde quaſi uel Africam deuicerint, uel Babylonas ceperint, Quid autē cū fri-

gi

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

gidiſſimos & inſulſiſſimos uerſiculos ſuos paſſim oſtẽtant, neq; deſunt qui mirẽtur, iã plane Maronis animam in ſuum pectus demigraſſe credunt. At nihil oĩum ſuaui⁹, quàm cum ipſi ĩter ſeſe mutua talione laudant ac mirant̃, uiciſſim'q; ſcabunt. Qđ ſi q̃s alius uerbulo lapſus ſit, id'q; forte fortuna hic oculatior dep̃hẽderit, ἡράκλεις, quæ protin⁹ tragœdiæ, quæ digladiatiões, quæ cõuitia, quæ inuectiuæ? Male propitios habeam omneis grammaticos, ſi quid mentior. Noui quendã πολυτεχνότατον, græcum, latinum, mathematicum, philoſophum, medicum, καὶ ταῦτα βασιλικὸν, iam ſexagenarium, qui cæteris reb⁹ omiſſis, annis plus uiginti ſe torquet ac diſcruciat in gramma

bẽ cepit Darius opera Zopyri.

Maronis animam) Alluſit ad id, qđ Ennius ſomniauit animã Homeri ĩ ſuũ demigraſſe corpus Qđ notans Perſius, ait: Nec ĩ bicipiti ſomniaſſe Parnaſo Memini, ut repente ſic poeta p̃direm.

ἡράκλεις) Id eſt, O Hercules. Eſt autẽ uox abominãtis, q; Hercules ſoleat ĩ malis opitulari. Vnde & ἀποτρόπαιον uocant.

Cum

ma

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

matica, prorſus felicẽ ſe fore rat⁹, ſi tam diu liceat uiuere, donec certo ſtatuat, q̃ modo diſtinguẽdæ ſint octo partes orationis, quod hactenus nemo Græcorum aut Latinorum ad plenum præſtare ualuit. Perĩde quaſi res ſit bello quoq; uindicanda, ſi quis coniunctionem facit dictionem ad aduerbiorum ius pertinentem. Et hac gratia, cum totidẽ ſint grãmaticæ q̃t grammatici, imò plures: q̃n quidem Aldus meus unus, plus quinquies grammaticam dedit, hic nullam omĩno quantumuis barbare aut moleſte ſcriptam prætermittit, quam non euoluat, excutiatq́; nemini non inuidens, ſi quid quantumlibet inepte moliat̃ in hoc genere: miſere timens, ne quis forte gloriam hanc præripiat, & pereant tot annorum labores. Vtrum inſaniam hanc uocare mauultis, an ſtultitiam? Nam mea quidem haud magni refert, modo fateamini meo beneficio fieri, ut animal omĩum alioqui longe miſerrimum, eò felicitatis euehatur, ut ſortem ſuam neque

cum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Cum Perſarum regibus.)* Quod de horum opulentia prodigioſa quædam ferebantur. Horatius: Perſarum ui gui rege beatior. et, Perſicos odi puer apparatus. Vt habet prouerb.) τῶν ποιητῶν καὶ ζωγραφέων ἀνεύθυνον γένος, .i. Poetarũ & pictorũ liberũ genus. meminit Lucianus. Item Horati. Pictoribus atq; poetis, quidlibet audẽdi ſemꝑ fuit æqua poteſtas. φιλαυτία καὶ κολακία.) φιλαυτία .i. amor ſui, qđ ferè ſibiipſis placent: κολακία .i. adulatio, qđ palàm aſſẽtẽtur his quos laudãt, & ex nebulonibus ſpurciſſi

cum Perſarum regibus cupiat permutare. Minus mihi debẽt poetæ, tametſi uel ex profeſſo meæ ſunt factionis, quippe liberũ genus, ut habet ꝓuerbium: quorꝝ om̃e ſtudium nõ aliò pertinet, quàm ad demulcendas ſtultorum aures, idq́; meris nugamẽtis, ac ridiculis fabulis. Et tamen his freti, dictu mirꝝ, ut cum ſibi polliceant̃ immortalitatem, et diis parem uitam, tum aliis eandem promittant. Huic ordini præ cæteris familiares φιλαυτία & κολακία, nec ab ullo mortalium genere color neque ſimplicius, neque conſtantius. Porrò rhetores, quanquam nonnihil

Rhetores.

il n mis

*mis deos nonnunquam faciunt.* Colluduntq́ꝫ.) *Admiſcent enim hi nonnihil philoſophiæ, uelut* Fabius *&* Cicero. *De iocandi ratione.)* In Oratore Ciceronis plurima traduntur de facetia, apud Quintilianum de riſu.

Ad Herennium.) *Stylus indicat non eſſe Cicerõis, & alia q̃dã argumẽta. Is igitur q̃ſq̃s fuit, ĩ* I. *libro tradens q̄bus modis ſuccurrendũ ẽ, quoties iudex defeſſus eſt audiẽdo, plurimas iocandi ſpecies attingit, & ĩter cæteras ponit ſtultitiam.* Riſu tamen eludatur.) *ut* Cicero *deprehenſus in mendacio q̧ domũ emiſſet, quã negauerat ſe empturũ, eluſit ad hũc modum*

illi quidem p̄uaricant̄, colludũtq́ꝫ cum philoſophis, tñ hos quoqꝫ noſtræ factionis eſſe, cum alia multa, tũ illud ĩ primis arguit, quod præter alias nugas, tam accurate, tam multa de iocandi ratione conſcripſerunt. Atqꝫ adeo ſtultitiam ipſam inter facetiarũ ſpecies numerat, quiſquis is fuit, qui ad Herennium dicendi artem ſcripſit: Quodq́ꝫ apud Quintilianum, huius ordinis lõge principem, caput eſt de riſu uel Iliade prolixius: tantumq́ꝫ ſtultitiæ tribuunt, ut ſæpenumero qđ nullis argumẽtis dilui poſſit, riſu tamen eludat̄. Niſi

&

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

& ſiquis hoc arbitret ad ſtultitiam non pertinere, ridiculis dictis excitare cachīnos, idq; arte. Huius farinæ ſunt & iſti, qui libris edendis famā immortalem aucupantur. Hi cum omnes mihi plurimū debēt, tum p̄cipue qui meras nugas chartis illinunt. Nam qui erudite ad paucorum doctoꝶ iudicium ſcribunt, quiq; nec Perſiū, nec Lælium iudicem recuſant, mihi quidē miſerandi magis, quàm beati uidētur, ut qui ſeſe perpetuo torqueant: addūt, mutāt, adimūt, reponunt, repetunt, recudunt, oſtēdunt, nonum in annū premunt, nec unquā ſibi ſatisfaciunt, ac futile p̄miū, nempe laudē, eamq; perpaucoꝶ, tanti emūt, tot uigiliis, ſomniq; reꝶ omnium dulciſſimi, tanta iactura,

*dū, ut diceret eē ſapiētis patrisfamiliâs, diſſimulare qđ uelit agere.* Nec Perſium nec Læ) *Hos iudices uelut doctos recuſat Lucilius, q̄ iocatur ſe Tarētinis & Cōſentinis, uelut craſſis homībus ſcribere. lege prefationē Cicerōis in. 1. librū de finibus bonorum et malorū.* Nonum ī annū premunt) *Alluſit ad illđ Horatianū,* Nonúmque prematur ī annum. *Sōni rerū oī-*

ra, tot ſudoribus, tot crucibus. Adde nũc ualetudinis diſpendium, formæ perniciẽ, lippitudinẽ, aut etiam cæcitatẽ, paupertatem, inuidiam, uoluptatum abſtinentiam, ſenectutem præproperam, mortẽ præmaturã, & ſi qua ſunt alia eiuſmodi. Tantis malis ſapiens ille redimẽdum exiſtimat, ut ab uno aut altero lippo probetur. At meus ille ſcriptor, quanto delirat felicius, dum nulla lucubratione, uerũ utcunq; uiſum eſt animo, quicquid ĩ calamũ incidit, uel ſomnia ſua, ſtatim literis prodit, leui duntaxat chartarum iactura, non ignarus futurum, ut quo nugaciores nugas ſcripſerit, hoc à pluribus, id eſt, ſtultis & indoctis omĩbus probetur. Quid enim eſt negotij, treis illos doctos, ſi tamen ea legerint

*um dulciſſi.) Nã id epithetũ poetæ ſomno frequẽtiſſime tribuunt, ut Theocritus ĩ Europa: ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων, id ẽ, ſomnus quando dulcior melle palpebris inſedit.*

*Ab altero lippo.) Qđ lippiãt ferè ĩpẽdio ſtudioſi. Ita Horatius, Nãq; pila crudis ĩimicũ & ludere lippis.*

*Alie-*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rint, cõtemnere? Aut quid ualebit tam paucorũ ſapientum calculus, in tam immenſa reclamantium turba? ſed magis etiã ſapiunt, qui aliena pro ſuis edũt, et alieno magnoq́ꝫ partam labore gloriam, uerbis in ſe tranſmouẽt, hoc uidelicet freti, quod arbitrentur futurum, ut etiamſi maxime coarguantur plagij, tamen aliquãti temporis uſuram ſint interĩ lucrifacturi. Videre ē operæpretium, q̃ hi ſibi placẽt, cum uulgo laudant̃, cùm digito oſtenduntur in turba, οὗτός ἐστιν ὁ δεῖνος ἐκεῖνος, cũ apud bibliopolas proſtant, cum in om̃ium paginarum frõtibus legunt̃ tria nomina, præſertim peregrina, ac magicis illis ſimilia. Quæ ꝑ deum

*Alieno mag.)* Retulit Terẽtij uerba ex Eunucho. *Coarguantur plag.)* Plagium ē furti genus, quoties abducuntur aliena mancipia, aut liberi: id qui faciunt, plagiarij uocãtur. οὗτός ἐστιν ὁ δεῖνος ἐκεῖνος.) Id ē, Hic eſt admirandus ille. Id olĩ ioco tortũ ē in Demoſthenem, gloriæ cupidiſſimũ οὗτός ἐστιν ὁ Δημοσθένης. i. Hic ē ille Demoſthenes. at Diogenes oſtendit illũ medio digito porrecto. Perſius: At

Plagium.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt.* Et Horatius: *Quod monſtror digito prætereuntium.* In eundē Demoſthenem iactatum eſt carmen illud Homeri:

Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο,

Id eſt, *Difficilis uir facile & inſontē accuſauerit.* Præſertim peregrina.) Faſtidiunt enim Chriſtiana nomina, ſed iam Hercules, Hannibales uocari gaudēt. Ac magicis illis.) Nam magi Hebraicis aut Arabicis, & quàm poſſunt peregrinis utūtur uerbis, quo magis miretur uulgus. Diuerſa palata.) Non oībus idē placet cibus, ita nō idem ſtylus oībus. Horatius: *tres mihi cōuiuæ ꝓpe diſſentire uidentur, Poſcentes uario multum diuerſa palato.* Telemachum alius.) uide ut data opa cauerit, ne alicuius famam læderet. Hic poterat noīare quoſdā, & locus requirebat

īmortalem quid aliud ſunt quàm nomina? Deīde q̄ à paucis cognoſcenda, ſi mūdi uaſtitatem reſpicias: tū à quanto paucioribus laudāda, ut ſunt etiam indoctoꝝ diuerſa palata? Quid quod ea ipſa noīa non raro confinguntur, aut è priſcorum libris adoptātur? Cum alius ſeſe Telemachum, alius Stelenū aut Laërtē: hic Polycratē, ille Thraſymachū ſeſe nominari gaudet, ut nihil iam referat, etiam ſi chamæleonti aut cucurbitæ, ſi ue

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bat, tamē de induſtria poſuit nomina, quæ nullus adhuc ſcriptorum huius temporis uſurpauit. Alpha & beta.) Per literas demonſtrat ſæpenumero & Ariſtoteles, & maxime mathematici. Hic illius ſuffragio.) Alluſit ad illam Horatianam fabulam de duobus fratribus, altero rhetore, altero iureconſulto, qui mutuo ſe laudabāt ĩ cauſis agēdis. Ita poeta poetæ adulatur: diſcedo (ĩquit) Alcæus puncto illius, ille meo quis? Quis niſi Callimachus? Antagoniſtam) ἀνταγωνιστής eſt cōcertator, ſiue aduerſariꝰ ĩ certamine. Hic Eraſmus uidetur diuĩaſſe Leos, Latomos, ac Stunicas ſuos exorituros. Scĩditur incertū.) Verſus eſt Vergilianus. ſtudiū uocat hic

ue quemadmodum ſolent philoſophi loq;, Alpha aut Beta librum ĩſcribas. Illud autem lepidiſſimum, cum mutuis epiſtolis, carminibus, encomijs ſeſe uiciſſim laudant, ſtulti ſtultos, indoctos indocti. Hic illius ſuffragio diſcedit Alcæus, ille huiꝰ Callimachꝰ: ille huic eſt M. Tullio ſuperior, hic illi Platone doctior. Nonnunquam etiam antagoniſtam quærunt, cuius æmulatiōe famam augeant. Hic ſcinditur incertū ſtudia in cōtraria uulgꝰ, donec uterq; dux re bene geſta uictor diſcedit, uterq; triumphū



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

agit. Rident hæc ſapiētes, ut(ueluti ſunt)ſtultiſſima. Quis enim negat? Sed interim meo bñficio ſuauem uitam agunt, ne cū Scipionibus quidem ſuos triumphos commutaturi. Quanquam docti quoq; interim dum hæc magna cum animi uoluptate rident, & aliena fruuntur inſania, non paulū mihi debent & ipſi, qđ inficiari nō poſſunt, niſi ſint omium ingratiſſimi. Inter eruditos iureconſulti ſibi uel primum uindicant locum, neq; quiſquam alius æque ſibi placet, dum Siſyphi ſaxum aſſidue uoluunt, ac ſexcentas leges eodem ſpiritu contexunt, nihil refert quàm ad rem pertinentes, dumq; gloſſematis gloſſemata, opiniões opinionibus cumulantes, efficiūt ut ſtudium illud omnium difficillimum eſſe uideatur.

*fauorē. Siſyphi ſaxū.) Apd' īferos magno conatu Siſyphus ſaxū uoluit in ſummū mōtē, id rurſum deuoluitur ī imā uallē, illeq; rurſum ī mōtem tollit. Ita qdā iurecōſulti mittūt nos ad aliquā legē. Ad eā ubi uētū eſt, et nihil inuentū, remittunt nos ad ſuperiorē legē, atque ita lectorē Siſyphio labore exercent.*

Iurecōſulti

*Aere*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Aere Dodonæo loquacius.) In oraculo Iouis Dodonæo, locus erat undiq; ſeptus æreis lebetibus, ita compoſitis, ut unus motus moueret proximum, & is itē proximum: ſicq; ſonitu per ſucceſſionem obambulante in orbem, multo tempore durabat tinnitus. Vnde prouerbiū dictum in querulos, & quamuis puſilla de re uerba ſine fine facientes. Qui plura uolet cognoſcere, legat Eraſmi Chiliadas, in quibus copioſius explicatur. Illud obiter annotandum, pueriliter lapſum Frāciſcum Picum in cōmentariolis illis, quæ ſcripſit in hymnum ſuum de trinitatis laude. Admiratur enim quoſdam interpretari de loquacibus, cum Suidas teſtetur dici ſolitum, περὶ τῶν μικρολογούντων, arbitrās μικρολογεῖν idem eſſe quod pauca loqui, cum ſignificet de re puſilla uerba facere, quod eſt ſordidorum & parcorum, quos minima quæq; mouēt. Stephanus in dictione Δωδώνη, palàm interpretatur de loquacibus. Sic enim ait: ἔστι δὲ καὶ παροιμία Δωδωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ἢ ὅτι τὸ χαλκεῖον πληττόμενον ἤχει ὑπὸ μάστιγος, ἢ ὅτι τῇ βίᾳ τῶν ἀνέμων ἤχει, ἀφ᾽ οὗ ἡ παροιμία, .i. Eſt aūt puerbium, Dodonæū æs, de multa loquētibus, uel qđ æs dū pcutitur à flagello, ſonat: l

tur. Quicquid enim laborioſum, idem protinus & p̃clarū exiſtimant. Adiungamus his dialecticos ac ſophiſtas, hoīm genus quouis ære Dodonæo loquaci

Dialectici

n 5 q

*quod uentorum uiolentia ſonat, à quo prouerbiū.* De *lana caprina.*) Prouerbium pro re nihili, ſimile illi, de aſi ni umbra. Hora. Rixantur de lana ſæpe caprina. Ni *mium altercãdo.*) Mimus eſt Publianus, quem citant in ter cæteros A. Gellius & Macrobius: Nimium altercan do ueritas amittitur. *Tribus inſtructi.*) Tres poſuit, pro paucis, ut illud apud Terentiū: Tria hodie non com mutabitis uerba.

*Etiamſi Sten torẽ*) Hunc induc it Homerus cla moſiſſimum, ut uox illius eſſȝ tā ta, q̃ta qnquagin ta hominū. Vn de Iliados. 18. ςέντορι ἐισαμέ νη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ ὃς τόσον αὐδή σας, ὅσον ἄλ λοι πεντήκον τα. i. Stentori aſ ſimilis magnani mo æneam uocẽ habenti, Qui tā- tum

Philoſophi

us, ut quorum unuſquiuis cum uicenis delectis muli eribus garrulitate decerta re poſſit, feliciores tñ futu ri, ſi tantū linguaces eſſent, nō etiam rixoſi: adeo, ut de lana caprina ꝑtinaciſſime digladient̃, & nimium al tercando plerunq; uerita tẽ amittant. Hos tñ ſua phi lautia beatos reddit, dū tri bus īſtructi ſyllogiſmis, in cunctanter audent quauis de re cum q̃uis manum cō ſerere. Cæterum pertina cia reddit inuictos, etiamſi Stentorem opponas. Sub hos prodeunt philoſophi, bar

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

barba pallioq; uerendi, qui ſe ſolos ſapere ꝑdicant, reliq̊s omes mortales, umbras uolitare. Quàm uero ſuauiter delirant, cum innumerabiles ædificant mundos, dum ſolem, dum lunã, ſtellas, orbes, tanquam pollice filo'ue metiuntur, dum fulminum, uentorum, eclipſium, ac cæterarum inexplicabilium rerum cauſas reddunt, nihil uſquam hæſitãtes, perĩde quaſi naturæ rerum architectrici fuerint à ſecretis, quaſi'ue è deorum conſilio nobis aduenerint: quos interim natura cũ ſuis coniecturis magnifice ridet. Nam nihil apđ illos eſſe comperti, uel illud ſatis magnum eſt argumẽtum, ꝙ ſingulis de rebus ĩexplicabilis inter ipſos eſt digladi

tũ clamauit, q̃tũ alij q̃nquaginta. unde Iuuenalis: Clamas ut Stentora uincere poſſis. Vmbras uolitare.) Homerus Odyſſeæ.10. ſcribit ſolũ inter manes Tireſiam ſape, cæteros umbras uolitare. unde Circe ad Vlyſſem de Tireſia loquẽs, ſic ait: τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι· τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε περσεφόνεια οἴῳ πεπνῦσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι, id ẽ, huius mens firma eſt, Huicq; mortuo mentẽ dedit Perſe

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ſephone, ut ſolus ſapere poſſit, aliæ autē umbræ uolitant.*

*Quia lippiunt.) Nimium ob ſtudium. Animus autem peregrinatur, dū intenti cogitationibus non ſumus apud nos. Horatius: Dum peregre eſt animus ſine corpore uelox. Alluſit ad duas fabellas, alteram de philoſopho, dū cōtemplatur aſtra ī foueam lapſo, quē anus irriſit, qđ conaretur uidere qđ eſſet in cœlis, cum qđ ante pedes eſſet, nō uideret. alteram de aſtrologo, q reuertens à cœna, impegit ī ſaxum, è pariete prominēs, cuius meminit Iohannes Campanus.*

*Quidditates, ecceitates.) Hæc ſunt portēta uerborū à recētioribus theologis excogitata. Aliis ſuꝑ alias) Hoc imi*

diatio. Ii cum nihil omnino ſciant, tamen omnia ſe ſcire profitentur: cumq́; ſe ipſos ignorēt, neq; foſſam aliquoties, aut ſaxum obuium uideant, uel quia lippiunt pleriq;, uel quia peregrinātur animi, tamen ideas, uniuerſalia, formas ſeparatas, primas materias, qdditates, ecceitates uidere ſe prædicant, res adeo tenues, ut neq; Lynceus (opinor) poſſit ꝑſpicere. Tum uero p̃cipue prophanum uulgus aſpernantur, quoties triquetris, & tetragonis, circulis, atq; huiuſmodi picturis mathematicis, alijs ſuper alias inductis, et

Mathematici.

imitatus eſt ex Icaromenippo Luciani, ſicut alia nonnulla. *In labyrinthi.)* Dicuntur & picturæ quædam labyrinthi, lineis ita circunductis, ut non ſit exitus. Notat autem figuras aſtrologorũ. *Tenebras offundunt.)* Hinc palàm eſt, hoc loco reprehendi eos, qui figuris his docẽdi cauſa utuntur, ſed in hoc ut res difficilior cognitu uideatur, ut ſolent indocti oſtentatores, aut certe moleſti. Quorſum enim attinet, rem per ſe facilẽ huiuſmodi difficultatibus inuoluere? ita ut fecit Rabanus ſuis literariis figuris. καὶ ταύτην καμαρίναν οὐ κινεῖν.) .i. Et hanc camarinã non mouere. Camarina palus erat, peſtilẽti exhalatione noxia ciuitati ꝓximæ. Cõſultus Apollonẽ cã deberẽt ſiccare, reſpõdit, μὴ κινεῖν τὴν καμάριναν, id ẽ ne mouete Camarinã, pòſt obliti oraculi, deſiccarunt, & ceſſauit quidẽ peſtis, ſed hoſtes ꝑ eam ingreſſi, populati ſunt ciuitatẽ. Ita

Camarina

in labyrinthi ſpeciem confuſis, præterea literis uelut in acie diſpoſitis, ac ſubinde alio atq; alio repetitis ordine, tenebras offundũt imperitioribus. Neq; deſunt ex hoc genere, q futura quęq; ꝓdicant conſultis aſtris, ac miracula plusq̃ magica polliceãtur: & inueniũt homines fortunati, q hæc quoq; credant. Porro theologos ſilentio tranſire fortaſſe p̃ſtiterit, καὶ ταύτην καμαρίναν

Theologi.

Ser μὴ

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Seruius, ſed copioſius ſuper hac re in Chiliadib. ſuis Eraſmus. Neq; uero quiſquam iniquius interpretetur hic notari theologos, uere theologos, cum id habeam compertum, Eraſmũ omnibus quidẽ fauere ſtudijs, nulli tamen magis quã theologorũ, in quo totus nocteſq; dieſq; uerſatur. Notantur autem quidam craſſi theologi, & nihil minus quàm theologi, qui uel ineptas quæſtiunculas conſectantur, uel arroganter magis quàm pie docti ſunt, id quod paulo pòſt ex ipſius uerbis palàm fiet. Ne hanc anagyrim.) Quidam anagyrim herbam putant, quæ cõtracta peſſime oleat, quã Dioſcorides lib. 3. ſic deſcribit:

Anagyris.

Ἀνάγυρις θάμνος ἐστὶ φύλλοις καὶ ῥάβδοις προσεμφερὴς ἄγνῳ, δενδρώδης, βαρύοσμος ἰσχυρῶς, ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. i. Anagyris frutex eſt, folijs & uirgis aſſimilis agno, arbori ſimilis, odore uehementer graui, florẽ habet crambæ ſimilem.

Palinodia.

Ad palinodiã.) παλινῳδία, recãtatio, cũ diuerſa oratione corrigimus ſuperiorẽ. Parum propitij.) Propitios uocamus deos, aut parentes, cũ irati nõ ſunt, ſed bene uolunt. Eſt

μὴ κινεῖν, nec hãc anagyrim tãgere, utpote genus hoĩm mire ſupcilioſum atq; irritabile, ne forte turmatĩ ſexcẽtis cõcluſionibus adoriãtur, et ad palinodiã adigãt: ꝙ ſi recuſem, ꝓtinus hæreticam clamitẽt. Nam ilico ſolẽt hoc terrere fulmine, ſi cui ſunt parum propitij.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*autem mirum ſupercilium quorundā theologorum (nam de doctis & bonis non loquor) qui nihil non definiūt, ut qui ulli decretorum refragetur, aut ullum uerbum commutet, ſtatim odioſum illud nomen hæretici occlamant, cum palàm ſit, nullum hominum genus longius abeſſe à uera Chriſti doctrina.* Nominibus obſtricti) *Nomina uocat titulos debitorum, & quidem elegāter.* Corollariorum.) *Corollarium Latini uocant auctarium illud,* corollariū *qđ præter debitum additur, dictum à coronis. Nā ſi i ludis placuiſſent actores, adijciebātur eis præter coronam ꝓmiſsā, paruæ corollæ, q̃ corollaria uocabant. Sophiſtæ capiūt corollariū ꝑ ꝓpoſitione, quam ex alijs cōcluſionibus inferunt.* Explicitarū *et implicita) His uerbis utūtur illi, putidis profe-*

Sane quanq̃ nō alij ſunt, q̃ minus libenter agnoſcant meam in ſe bñficentiam, tamen hi q̃q̃ non mediocribus noībus obſtricti ſunt, dū felices ſua Philautia ꝑinde quaſi ipſi tertiū incolant cœlū, ita reliq̃s mortaleis oēis, ut humi reptātes pecudes, è ſublimi deſpiciunt, ac ꝓpè cōmiſerantur, dum tāto magiſtralium definitionum, cōcluſionū, corollarioꝝ, propoſitionū explicitarū & implicitarum agmīe ſepti ſunt, tot exhuberant κρησφυγέτοις, ut nec

Vul *cto*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cto nimium ac moleſtis auribus ingenuis. Explicitas exigunt ab omnibus Chriſtianis, implicitas ab eruditis.

κρησφυγέτοις.) κρησφύγετον græci uocant ſuffugiū, à Creta & fuga cōpoſita dictione, de quo Suidas ſic ait: κρησφύγετα τὰ πρὸς τοὺς χειμῶνας στενὰ. καὶ ὀχυρώματα καὶ καταφυγή. οἱ δὲ φασὶν, ὅτι τοὺς κρηταιεῖς οἱ νησιῶται, ἅμα μίνῳ τῷ βασιλεῖ θαλαττοκρατοῦντας, ἔφυγον εἰς σπήλαιά τινα ὅθεν ἐκεῖνα ὠνομάσθησαν κρησφύγετα. Id eſt: Creſphygeta ſunt, quæ contra aeris frigiditatē anguſta ſunt, & munitiones, & refugium. Nōnulli autem dicunt, quod Cretēſes ſimul cum Minoë rege, maris imperium tenentes, cæteri inſulares fugerunt in ſpeluncas, unde illæ uocatæ ſunt creſphygeta.

κρησφύγετα.

Vulcanijs uinculis.) Apud Homerū Vulcanus obſepſit thorū ſuū uinculis adamātinis & ineuitabilibus, quibus Martem & Venerē irretiuit. Quæ Homerus Odyſſeæ. 8. ſic deſcribit:

βῆ δ' ἴμεν ἐς χαλκεῶνα, κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων, ἐν δ' ἔθετ' ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα, κόπτε δὲ δεσμοὺς ἀρρήκτους, ἀλύτους, ὄφρα ἔμπεδον αὖθι μένοιεν. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε δόλον κεχολωμένος ἄρει βῆρ' ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅτι φίλα δέμνι' ἔκειτο ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντη, πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο ἠΰτ' ἀράχνια λεπτὰ τά κ' οὔ κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο οὐδὲ θεῶν μακάρων,

Id eſt,

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Id eſt:* Properiter *iuit in officinā, mala profunda mente ſtruens, ſuoq́; loco incudem impoſuit, excuditq́; uincula infrangibilia, inſolubilia, ut firma manerent: ſed poſt quam fabricauit dolum, iratus Marti, iuit in thalamum ubi chara cubilia poſita erāt: circumq́; fulcra fudit uincula, in circuitu ubiq;. Multa autem & ſuperius per domum effuſa fuerunt, tanq̄ araneæ tenues, quas nullus uideret, ne deorum quidem quiſquam.* Elabātur *diſtinctionibus.)* Apte dixit, *elabantur:* Elabitur *enim qui captus erat.* Quid *eſt enim, quod diſtinctionibus ſolui non poſſit?* Tenedia *bipennis.)* Prouerbium *eſt in eos, qui ſtatim ac facile rem expediunt,* τενέδιος πέλεκυς, *à ſecuri* Tenedia, *qua ſtatim occidebatur, qui ī cauſa uictus fuiſſet. ſed de hoc copioſius in* Chiliadibus. Nuper *excogitatis uocabulis.)* Quæ *nec apud ethnicos reperiuntur, ut* Sorteitas, *quidditas, qualificatio, ecceitas, annihilare, tranſubſtantiare, atq; id genus ſexcenta.*

Vulcaniis uinculis ſic poſſint irretiri, quin elabantur diſtinctionibus, quibus nodos oēis adeo facile ſecant, ut nō Tenedia bipēnis melius: tot nuper excogitatis uocabulis, ac ꝓdigioſis uocibus ſcatēt. Præterea dum arcana myſteria ſuo expli-

Arcana *myſteria)* Ludit *moria, tamen ut ſerio loquamur, ueteres illi theologi, q uere diuinas literas imbiberant, & ſapiebant eas, non ſolū intelligebant,*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*de rebus huiuſmodi, & pauca tradiderunt, & non ſine reuerentia: deniq; coacti diſputationibus hæreticorum. Nunc miro ſupercilio definimus omnia, non ſolum quid ſit, ſed quibus modis id fieri poſſit, aut factum ſit. Veteres tantum crediderunt peccatum defluxiſſe ab Adam, nunc quàm putide diſputant de modo defluẽdi, quaſi uero quicquam hoc pertineat ad Chriſtianam pietatẽ, aut Chriſti myſteria, quæ magis ſunt adoranda, quàm excutienda ſophiſticis argutijs.*

ynaxis.

*In ſynaxi.) Quod latine dicere poſſis coniunctionem, ſiue coagmentationẽ, aut cõciliationẽ: ita uocat Dionyſius, quam nos uocamus euchariſtiã. q̃d hoc myſterio repræſẽtatur humana cõiunctio, & (ut ita dicã) unitas Chriſtianorum. Illuminatis ut uoc.) Tribuũt illũinato theologo, non nihil ſupra Romanũ pontificẽ, aut etiã cõciliũ.*

*Num q̃d inſtans*

cant arbitratu, qua ratione cõditus ac digeſtus ſit mũdus. Per q̃s canales labes illa peccati in poſteritatẽ deriuata ſit: q̃bus modis, qua menſura, quantulo tẽpore in uirginis utero ſit abſolutus Chriſtus, quẽadmodũ in ſynaxi accidentia ſubſiſtãt ſine domicilio: ſed hæc protrita. Illa demũ magnis & illuminatis (ut uocant) theologis digna putant, ad hæc ſi quando incidunt, expergiſcunt̃: Num quod inſtans

ſtans

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtans.) Quot locis diuus Paulus deterret ab huiuſmodi quæſtionibus, quæ nihil conferant ad pietatem, ſed magis gignant lites & rixas, ſapiũt faſtum & ſcholam (ut ait Auguſtinus) diaboli. Quo magis admiror, eſſe theologos, quibus nihil aliud placeat. Pater deus odit filium.) Dic mihi candide lector, etiam ſi uera ſint quæ ſuper his diſputãtur, quæſo cuius piæ aures non ab iſtis abhorreant? Et tamen his abſurdiora pluria diſputãtur à ꝗbuſdam non ſolum ĩ ſcholis publicis, uerũ etiam apđ plebẽ in concionib. Deploranda magis ſunt hæc q̃ ridenda. Suppoſitare.) Et illđ unũ ẽ è uerbis illorũ factitijs, pro eo qđ eſt, ſuppoſitũ ſiue ꝑſonam aſſumere, quã græci nonnunquam uocant ὑπόσασιν.

inſtans in generatione diuina: Nũ plures in Chriſto filiationes? Nũ poſſibilis ꝓpoſitio, Pater deus odit filium? Nũ deus potuerit ſuppoſitare mulierẽ, num diabolum, num aſinum, num cucurbitam, num ſilicem? Tum quemadmodum cucurbita fuerit concionatura, editura miracula, figenda cruci. Et quid conſecraſſet Petrus, ſi cõſecraſſet eo tẽpe, q̊ corpus Chriſti pendebat in cruce? Et num eodem tempore Chriſtus homo dici potuerit? & num poſt reſurrectionem edere



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

riuolæ
rgutiæ.

λεπτολεσχίαι.) i. ſubtilia nugamenta: uox eſt compoſita à λεπτὸς, quod tenuis eſt, & λέσχη, quod nugas ſignificat. Ariſtophanes philoſophos de minutulis quibuſdā rebus diſputātes, λεπτολέσχας, καὶ λεπτολόγους uocauit ἐν νεφέλαις, quo nōie ut digni ſint, ſedulo noſtri philoſophi & theologi operam nauant. Philoſtratus Apollonium tanquam uerum philoſophum dicit, οὐδὲ λεπτολογίᾳ δεδωκέναι τοὺς λόγους. i. Neq; de tenuibus illis nugis habuiſſe orationes. Inſtantibus.) De illis inſtantibus loquitur, quæ Scotiſtæ ponunt in generatione diuina. Porro id quod in lineis punctū, in motu mutatum eſſe, id in tempore inſtans dicunt eſſe. Et Scotus diſtincti. 2. libri. 2. ponit inſtans unam illarum quatuor mēſurarum, qua dicit menſurari mutationes inſtantaneas.

Formalitatibus & quidditatibus) Formalitates eas uocāt, quæ recipiūtur in ſubiecto: qdditates aūt, quæ recipiunt. Ecceitatibus.) Somniant etiam λεπτολόγοι noſtri quaſdā differētias īdiuiduales & īdiuiduationes, quarum Thomas ſecūdi ſcripti diſtin. tertia, principiū eē uult materiā & quantitatem, cui Sco

aut bibere fas ſit futurum, iam nunc famem ſitim'que præcauētes. Sunt innumerabiles λεπτολεσχίαι, his quoque multo ſubtiliores, de inſtantibus, de formalitatibus, de quidditatibus, ecceitatibus, quas nemo poſſit

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Scotus ſuper eadẽ diſtin. refragatur. Atq; ita diuerſa ſomniant ſomnia. Has differẽtias quidã ecceitates, ꝗdam ſorteitates uocant, portenta inaudita monſtroſis & inauditis uocibus appellantes. Lynceus.) Hic unus Argonautarum fuit, tam acuto prædititus uiſu, ut ipſos uiſu penetraret parietes, quo noſtri ſophiſtæ lõge ſunt oculatiores: ꝗppe qui ea uident, quæ ſunt nuſꝗ. Quæ nuſquã ſunt.) Nam neminẽ opinor tam bardum eſſe, qui harũ nugarum aliꝗd eſſe putet. & tamen mirum eſt, ꝙ nihil aliud ꝙ de ſecundis intentionibus, naturis cõmunibus, ꝗdditatibus, reſpectibus, ecceitatibus, atq; id genus alijs ſexcentis, his nugacioribus nugis diſputẽt. Cumq; hæc mõſtra ſomniãt, ſubtiles ſibi uidentur, grauiq; ſupcilio eos ꝗ his cõtẽptis, ad ipſas res penetrant, præ ſe cõtẽnunt. γνώμας.) i. ſententias, quas παράδοξας uocat. i. ĩopinatas. Leuius eẽ crimen homiẽs) Sic eñi dicũt, ꝓpter ea ꝙ alterũ ĩme-

Lynceus.

Paradox theologorum.

ſit oculis aſſequi, niſi tam Lynceus, ut ea quoque per altiſſimas tenebras uideat, quæ nuſquam ſunt. Adde nunc his γνώμας illas, adeo παράδοξας, ut illa Stoicorũ oracula, quæ paradoxa uocant, craſſiſſima ꝓ his uideantur & circũforanea, uel- ut leuius eſſe crimẽ, homines mille iugulare, quàm ſemel in die dominico calceum pauperi conſuere. Et



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

diate eſt contra deum, alterum immediate contra proximum. Argutior ꝑfecto ratio, quàm quam Chriſtus, craſſus uidelicet theologus, potuerit intelligere, cum bouem proximi in foueam prolapſum, etiam in ſabbato extrahi uoluerit. *Et potius eſſe committendum.*) De hac re uide in Decretis canonicis. xxij. quæſti. ij. ne quis arbitretur, & in ſententijs lib 3. diſtin. 38. ubi ex Auguſtini ſententia dicitur, qđ perfectus pro uita alicuius non debet mentiri, ſed uerum occultare: ac ſi longe aliud eſſet uerũ occultare, & mentiri.

Labyrinthi.

*Labyrinthis.*) Labyrinthi, loca erant uiarũ ambagibus adeo inflexa, ut qui intraſſet, exitum in eis inuenire non poſſet, qualia quatuor fuiſſe memorantur.

*Realium*) Hi ponunt uniuerſalia eſſe res diſtinctas à ſingularibus, quãtitatem à re quanta, reſpectus à fundamentis & terminis. Vnde ad ſaltum pulicis totũ mundum dicunt moueri. *Nominalium*) Hi dicunt uniuerſalia ni

potius eſſe cõmittendum, ut uniuerſus orbis pereat unà cũ uictu & ueſtitu (q̄d aiunt) ſuo, q̄ unicum quantumlibet leue mendaciolũ dicere. Iã has ſubtiliſſimas ſubtilitates ſubtiliores etiã reddũt tot ſcholaſticorum uiæ, ut citius è labyrinthis temet explices, quàm ex inuolucris Realium, Nominaliũ, Thomiſtaꝝ, Albertiſtaꝝ, Occaniſtarũ, Scotiſtarum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rum, & nõdum omneis dixi, ſed præcipuas dũtaxat. In quibus omnibus tm̃ eſt eruditionis, tãtum difficultatis, ut exiſtimẽ ipſis apoſtolis alio ſpiritu opus fore, ſi cogant̃ hiſce de rebus cum hoc nouo theologorũ gñe conſerere manus. Paulus fidem præſtare potuit, at idẽ cum ait: Fides ẽ ſubſtantia rerum ſperandarũ, argumentum non apparẽtium: parum magiſtraliter definiuit. Idem ut charitatem optime p̃ſtitit, ita parũ dialectice uľ diuidit, uel finit, ĩ priore ad Corinthios epiſtola capite decimotertio. Ac pie quidem illi con

*nihil aliud eſſe quàm terminos.* Alio ſpiritu.) *Sophiſtico uidelicet & mundano, quem ſe habere negat. Sic ait:* ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. *i. Nos enim non ſpiritum mundi accepim⁹, ſed ſpiritum dei.*

Magiſtraliter definiuit) *Alluſit ad gloſſema illud, quod eſt in principio decretaliũ, aſſerẽs diffinitiõem fidei à Paulo datã, non eẽ bonã, tum qđ conueniat ſpei, q̃ etiã eſt ſubſtãtia rerum ſperandarum, tum q̃ tantum loquatur de futuris. Diffinit autem magiſtraliter fidẽ ſic, Fides eſt uolũtaria certitudo abſentium infra ſcientiã, et ſupra opi-*

Definitio fidei.

Charitas



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſecrabāt ſynaxim, & tamē rogati de termino à quo, & termino ad quem, de tranſubſtantiatione, de modo q̃ corpus idem ſit in diuerſis locis, de differētia qua corpus Chriſti eſt ī cœlo, qua fuit in cruce, qua in ſacramento ſynaxeos, quo puncto fiat tranſubſtantiatio, cum oratio per quā ea fit, ut quantitas diſcreta ſit in fluxu, non pari (ſicut opinor) reſpondiſſent acumine, quo Scotidæ diſſerunt hæc ac definiunt. Nouerāt illi IESV matrem, ſed qs eorū tam philoſophice demonſtrauit, quomodo fuerit ab Adæ macula p̄ſeruata, quàm noſtri theologi? Petrus accepit claues, & accepit ab eo, qui non committat indigno, & tamen an intellexerit, neſcio, certe nuſq̃ attigit ſubtilitatem, quomodo

*nionem conſtituta. De termino à quo.) Huiuſmodi nūc noſtri theologi tractāt ſuper decimam quarti diſtinctionem, quæ plurimū habent cōtentionis, & pietatis nihil. Scotidæ.) Sic uocauit Scotiſtas, alludēs ad Iuuenalē, q̄ Stoicos uocauit Stoicidas: Fugerūt trepidi uera ac manifeſta fatentem Stoicidæ.*

Stoicidæ.

*Sci*

ſci

Scientiæ clauem habeat.) Hoc conſtanter affirmant ſuper diſtinctione decimaoctaua quarti. Nam clauẽ ſcientiæ dicunt, non aliquam actualem aut habitualem ſcientiam, ut uerbis eorum loquar, aut ullam diſcretionem, ſed ſolam autoritatem & poteſtatem diſcernendi, quam Scotus dicit poſſe eſſe in eo, qui omni ſcientia & diſcretione uacat: etſi is qui collegit Sententias, clauem ſcientiæ uocat ſcientiam diſcernendi. Cauſa materialis baptiſmi.) Nam in ſingulis ſacramentis, cauſas quatuor inquirunt. Characteris delebilis.) Vocant charactera ſignum quoddã ſpirituale, impreſſum à deo ſuſcipienti ſacramentum, non iterabile, manẽs indelebiliter. Porro ſacramenta non iterabilia dicunt eſſe tria, baptiſmum, confirmationem, & ordinem. De his characteribus, neq; ſacræ literæ, neq; ueteres theologi meminerunt. Cæterum quemadmodum aſtronomi, non potentes motuum cœleſtium uarietatis cauſam inuenire, eccentricos & epicyclos in orbibus finxerunt, ſic neoterici theologi, ut cauſam aliquam darent, quare unum ſacramentum non niſi ſemel, aliđ frequenter liceat ſumere, hos characteres commenti ſunt: qbus ſemel receptis, (nam ut Ariſtoteles ait, ἑνὸς ἀτόπου

ſcientiæ clauem habeat is quoq;, q ſcientiam non habeat. Baptizabãt illi paſsi, & tamen nuſquam docuerunt, quæ ſit cauſa formalis, materialis, efficiẽs, & finalis baptiſmi: nec characteris delebilis & indelebi



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*δοθέντος τ᾽ἄλλα συμβαίνει, plurimæ de his dubitationes motæ ſunt, quales ſunt hæ: Vtrum character ſit forma abſoluta, an relatiuum: utrum ſit in potentia animæ, an in eſſentia: an baptiſatis flamine & igni, etiam inſit character: an Mariæ & Chriſto etiam inſit character. Vna eademq́ꝫ adoratione.) Hæc enim eſt una cõcluſio theologorum, ſcribentium ſuper diſtinctione decima libri tertij: Imagines rerum adorandarum, eadẽ ſpecie adorationis adorãdas eſſe, qua ipſæ res ſignificatæ: ſic, quod ſi res adorentur latria, latria & imagines adorabuntur: ſi dulia, dulia: ſi hyperdulia, hyperdulia.*

*Carbone.) Alluſit iocoſe ad illas imagũculas, qbus uidemus nebulões iſtos otioſos paſſim parietes per otium inficere, quas dicunt non minus adorãdas quã ipſum Chriſtũ, cũ tamen tales à nemine niſi nõ admodũ ſani capitis, ſic adorari uidemus. Porrectis digit.) graphice expreſſit habitũ & geſtum*

lis apđ hos ulla mẽtio. Adorabant quidem illi, ſed in ſpiritu, nihil aliud ſequentes q̃ illud euangelicũ, ſpiritus ẽ deꝰ, & eos q adorãt eũ, in ſpũ & ueritate oportet adorare. Verũ haud apparet eis tum fuiſſe reuelatum, una eademq́ꝫ adoratione adorandã imagunculã carbone deliniatã in pariete, & Chriſtũ ipſum, ſi modo duobꝰ ſit porrectis digitis

ſtum, quo Chriſtum pingunt. Nam digitis porrectis pingitur, ut uideatur dare benedictionem, aut cruce ſe muni re. Tres habeat notas.) Nam in umbone.i.hemicyclo, qui caput circundat, tres radiorum ordines deliniant: unum in uertice, & reliquos duos à tēporibus. Quid interſit inter gratiam.) Theologi ſuper uiceſima ſexta diſtinctione libri ſecūdi, uarias ponunt gratiæ diuiſiones. Secāt enim eā in increatā, & creatam: & ī large acceptā, & ſtricte: item ī largiſſime acceptā, et ſtrictiſſiē: & in gratū faciētem, et gratis datam. item in diſponētem, præuenientē, & coopantē.

tis, intonſa coma, & in umbone q adhæret occipitio, tres habeat notas. qs enim hæc percipiat, niſi triginta ſex annos totos ī phyſicis, & ultramūdanis Ariſtotelis & Scoticis contriuerit? Identidem inculcant apoſtoli gratiam: at ĳdem nuſquam diſtinguunt, quid interſit inter gratiam gratis datam, gratiam gratificantem. Hortantur ad bona opera, nec diſcernunt opus operās, & opus operatū. Paſſim inculcant charitatem, nec ſecernunt infuſam ab acquiſita: nec explicāt, accidens'ne ſit, an ſubſtantia: creata res, an increata, Deteſtant̃ peccata: at emo-

λοſο

riar

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

riar, ſi potuerunt ſcientifice definire, q̃d ſit illud quod peccatū uocamus, niſi forte Scotiſtarū ſpiritu fuerunt edocti. Nec enim adduci poſſum, ut credam Paulū, è cuius unius eruditiōe licet omeis æſtimare, toties damnaturum fuiſſe quæſtiones, diſceptationes, genealogias, & (ut ipſe uocat) λογομαχίας, ſi eas pcalluiſſet argutias, p̃ſertim cum omes illius tēporis cōtētiones pugnæ quaſi ruſticanæ fuerit & craſſæ, ſi cum magiſtrorū noſtrorum pluſquàm Chryſippeis ſubtilitatibus conferant. Quanquā homines modeſtiſſimi, ſi q̃d forte ſcriptū ſit ab apoſtolis indolatius, parumq́ magiſtraliter, nō damnant quidem, ſed cōmode

λογομαχίας) .i. pugnas uerborum, quas interpres Græcus ςάσεις λογισμῶν .i. ſeditiones opinionū, ĩterpretatus ē. Sic enĩ ait Paulus in epiſtola ad Timotheū: Ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί. i. Sed ægrotans circa quæſtiones et pugnas uerborū, ex quibus fit ĩuidia, rixa, maledicētia, ſuſpiciōes malæ. Chryſippeis) Chryſippus

Chryſippus.

*ſippus diſcipulus fuit Cleanthis, poſt quem præfuit ſcho læ Stoicorum. hic ſolitus fuit argutiſſima quædam ſophi ſmata proponere, quale fuit hoc:* ὁ λέγων τοῖς ἀμυή-τοις τὰ μυστήρια ἀσεβεῖ, ὁ δὲ λέγει ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει, ὁ ἱεροφάντης ἄρα ἀσεβεῖ. *i. qui di cit prophanis myſteria, impie agit, ſacerdos prophanis dicit, ſacerdos igitur impie agit.* Item *illud:* ἔστι τὶς κε-φαλὴ, ἐκείνην δ' οὐκ ἔχεις, ἔστι δὲ τὶς κεφαλὴ ἣν οὐκ ἔχεις. οὐκ ἄρα ἔχεις κεφαλήν. *id ē, aliquod caput, illud autem non habes, eſt igitur aliquod caput quod non habes, non igitur habes caput.*

Nunc quis de interpretant: hoc uidelicet honoris, partim antiqtati, partim apoſtolico noī deferentes. Et hercle para æquum erat, res tātas ab illis reqrere, de quibus ex p̄ ceptore ſuo ne uerbum quidē audiſſent. Idē ſi eueniat in Chryſoſtomo, Baſilio, Hieronymo, tum ſat hn̄t aſcribere, non tenet. Et illi quidē cōfutarunt ethnicos philoſophos ac Iudæos, ſuapte natura p tinaciſſimos, ſed uita magis ac miracu lis q̄ ſyllogiſmis: tū eos quoꝵ nemo fue rit idoneos, uel unicum Scoti Quodli betū ingenio cōſequi. Nunc quis ethni cus, quis hæreticus non continuo cedat



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ethnicus.)* Inductione ratiocinatur, ſophiſticam hanc theologiam, nec ad confutationem hæreticorum utilem eſſe. Nam hæretici aut eorum argutias non intelligũt, aut intellectas ſpernunt, aut ipſis theologis melius intelligũt.

Gladio fortunato.) *Talem gladium nonnulli principes noſtri temporis habentes, lædi cum ille adeſt à nemine poſſunt, niſi ſimilem habente.* Tela Penelopes.) πηνελόπης ἱστὸν ἀναλύειν. i. *Penelopes telam reſoluere, aut retexere, prouerbio dictum eſt, pro eo quod eſt operam inanem ſumere, rurſumq; deſtruere quod effeceris.* Nam Homerus Iliados. 2. *fingit Penelopẽ telam, quã interdiu texuit, noctu retexuiſſe, atq; eo pacto procos illuſiße, qbus ſimł atque tela pfecta fuiſſet, pmiſerat ſe nupturã.* Vnde ſic ait: ἔνθα ϗ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαρ ἱστὸν νύκτας δ' ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδας παραθεῖτο. *i. ubi et interdiu qdẽ texebat magnã telã,*



tot tenuiſſimis ſubtilitatibus: niſi tã craſſus, ut nõ aſſequatꝛ: aut tam impudẽs, ut exibilet: aut ĳſdẽ inſtructus laqueis, ut iam par ſit pugna, perĩde quaſi magũ cum mago cõmittas, aut ſi gladio fortũato pugnet aliquis cum eo, cui gladius ſit fortunatꝰ: tum enim nihil aliud q̃ tela Penelopes retexeretur. Ac meo quidẽ iudicio ſaperẽt Chriſtiani, ſi



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pro pinguibus iſtis militum cohortib⁹,
per quas iam olim ancipiti Marte belli-
gerātur, clamoſiſſimos Scotiſtas, & per
tinaciſſimos Occaniſtas, & inuictos Al
bertiſtas, unà cum tota ſophiſtarum ma
nu mitterēt in Turcas & Saracenos: ſpe
ctarent (opinor) & cōflictum omnium
lepidiſſimum, & uictoriā
nō antè uiſam. Quis enim
uſqueadeo frigidus, quem
iſtoꝝ non inflamment acu
mina? Quis tam ſtupidus,
ut tales non excitent acu-
lei? Quis tam oculatus, ut
hæc illi nō maximas offun
dant tenebras? Verū hæc
oīa uideor uobis propemodum ioco
dicere. Nec mirꝝ ſane, cum ſint & inter
ipſos theologos melioribus inſtituti li-
teris, qui ad has friuolas (ut putant) the
ologoꝝ argutias nauſeēt. Sūt q uelut ſa
crilegij gen⁹ execrent̄, ſummāq; ducant
impietatem, de rebus tam arcanis, & ad
orandis magis q̄ explicandis, tam illoto
ore

*noctu autem re-
texebat, poſtq̄ fa
ces appoſuit.*

*Quis enī uſ-
q;.) Totus hic lo
cus εἰρωνικῶς
accipiendus.*

*Tam illoto
ore*

*ore.) .i. irreuerẽter. Simile eſt illis, ἀνίπτοις ποσὶν, ϗ ἀνίπτοις χερσὶν. i. illotis pedibus, & illotis manibus.*

*Vt euangelium, aut Paulinas epiſtolas.) Ex hoc loco palàm eſt non reprehendi theologos doctos & pios, ſed eos qui totam uitam in huiuſmodi conſumunt quæſtiunculis, cum in primis oportet theologum ipſos imbibiſſe fontes, & in lege domini noctes ac dies meditatum eſſe, ut aſsiduitas uertatur in naturam, ut non ſolum intelligat humano more, ſed etiã afficiatur ac rapiatur. Nemo uere intelligit Chriſtum, niſi tractus à Chriſto. Tantum abeſt ut ab his comprehendatur, qui impij propter ſophiſticas nænias, nihil omnino ſciũt, uel legunt. Noui permultos theologos, doctores, ut uocant, ꝗ ante q̃nquageſimũ annum nondũ euoluerãt oẽs epiſtolas Pauli, ut ꝑ familiaritatem mihi fatebãtur. Iſti quoties ad interpretandũ ſacras literas accedũt, dij boni, q̃ frigẽt q̃ ſordent*

ore loq;, tã ꝓphanis ethnicorũ argutijs diſputare, tã arrogãter definire, ac diuinæ theologiæ maieſtatem tam frigidis, imò ſordidis uerbis ſimul et ſentẽtijs cõſpurcare. At interĩ ipſi feliciſſime ſibi placent, imò plaudunt: adeo, ut his ſuauiſſimis nænijs nocte dieq́ occupatis, ne tãtulum quidem otij ſuperſit, ut euãgeliũ, aut Paulinas epiſtolas uel ſemel liceat euoluere.

Atq́

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*quàm ſordent omnia, quàm nihil adferunt Chriſto dignum?* Formant ac reformant.) *Notat eos qui nõ accommodãt ſuas ſententias ad mentem ſcripturarum, ſed ſcripturas ad ſuam mẽtem trahunt, quod uocant fundare, ueluti cũ duos Petri gladios trahũt ad duplicẽ poteſtatẽ, cũ is locus ꝓrſus eò ſpectet, ne pugnemus Chriſtiani.*

Atq; interim dum hæc nugant̃ in ſcholis, exiſtimant ſeſe uniuerſam eccleſiã, alioqui ruiturã, non aliter ſyllogiſmorum fulcire tibicinibus, q̃ Atlas cœlũ humeris ſuſtinet apud poetas. Iã illud quantæ felicitatis eſſe putatis, dum arcanas literas, ꝓinde quaſi cereæ ſint, pro libidine formant ac reformant, dum cõcluſiones ſuas, quibus iam aliq̃t ſcholaſtici ſubſcripſerunt, plus q̃ Solonis leges uideri poſtulant, & uel põtificiis decretis anteponẽdas, dumq́ue ueluti cẽſores orbis ad palinodiã trahunt, ſi quid uſquam cum explicitis et im

pli

Cenſores.

Cenſores orbis) *Cẽſores Romæ morũ magiſtri et iudices erant: hi ciues ſic notabant, ut ꝗ ſenator eẽt, è ſenatu eijceretur: ꝗ eques Romanus, equũ publicũ ꝑderet: qui plebeius, in cẽtũ tabulas referretur, et ærarius fieret.*

Palinodiã canere.) *Græci ꝓ-*

p uer

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*uerbio dicũt* παλινῳδεῖν, *pro eo quod eſt, prius damnata probare,* & *priorẽ ſententiã reuocare.* De hac pa*linodia Socrates apud* Platonem *in* Phædro *ſic loqtur:* ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν, καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο. στησίχορος δὲ, τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς, διὰ τὴν περὶ ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ ὅμηρος, ὃς ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψε. *i.* Eſt *his qui peccant circa fabularũ narrationem expiatio antiqua, quã* Homerus *quidem non cognouit,* Steſichorus *aũt (oculis enim priuatus fuit propter* Helenes *maledicentiam) non ĩgnorauit, quemadmodum* Homerus, *qui ſimulatq; oẽm palinodiam feciſſet, è ueſtigio rurſum uidit.* Hæc *ſcãdaloſa eſt.*) Data *opera barbariem eorum imitatus eſt,* σκάνδαλον *enim Græci* διαστροφὴν*.i. peruerſionem uocat.* Eſt *autem dictum ſcandalum, quaſi* σκάζον, τουτέστι χωλαῖνον περὶ τὴν ἀλήθειαν*.i. claudicans circa ueritatem.* A *ſcandalo autem inepte dicitur ſcandaloſus.* Hæc *hæreſim olet.*) *Sic enim ipſi dicũt, hæc ꝓpoſitio ſapit hæreſim: data autem opera, mutauit ſapit in olet.*

Scandalũ.

plicitis illorum concluſionibus, nõ ad amuſſim quadrarit, ac non ſecus atq; ex oraculo pronuntiant, hæc ꝓpoſitio ſcãdaloſa eſt, hæc parꝝ reuerentialis, hæc hæ

re

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in olet. Indicat autem hoc loco reuocationes & condemnationes frigidas, quæ habentur in articulis illis erròneis, ut ipſi dicunt, Pariſiis & in Anglia condemnatis. Hæc male tinnit.) Sic enim frequẽter dicunt, hæc propoſitio male ſonat, quod ioco ſe uertit, tinnit.

ἀριστοτελικώτατος.) .i. Ariſtoteliciſſimus, qđ hic ferẽ primus fuit, qui Ariſtotelica miſcuit ſacris.

Baccalauriorũ calculis) Nã ĩ articulis illis, baccalauriorũ autoritate et iudicio cõdẽnãtur ꝓpoſitiones aliquot ĩ Thomæ, quas neſcio qs fratercu lus, cũ tãq̃ ueras docuiſſet, coact⁹ fuit à baccalauriis reuocare. Ma

reſim olet, hæc male tĩnit, ut iã nec baptiſmus, nec euangeliũ, nec Paulus aut Petrus, nec ſanctus Hieronymus aut Auguſtinus, imò nec ipſe Thomas ἀριστοτελικώτατος, Chriſtianum efficiat, niſi baccalauriorum calculus acceſſerit: tãta eſt ĩ iudicãdo ſubtilitas. Quis em̃ ſenſurus erat eũ Chriſtianum non eſſe, qui diceret has duas orationes, matula putes et matula putet, Item ollæ feruere, & ollã feruere, pariter eſſe cõgruas, niſi ſapientes illi docuiſſent? Quis tantis errorꝫ tenebris liberaſſet eccleſiam, quos ne lecturus quidẽ un

quam



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tula putes & matula putet.)* Sic *uertit quod iſti dicunt, Socrates curris, & Socrates currit.* Quas *orationes, ne ſcio quis frater, dixerat eſſe æque perfectas & congruas, & ipſi dicunt: quocirca baccalaurij* Oxonienſes *eas damnauerũt.* Magnis *ſigillis.)* Nam *hic mos eſt iſtis, ut poſt propoſitiones damnatas, in teſtimonium applicent magnum ſigillum uniuerſitatis.* Dum *inferorum res.)* Nemo *putet hic rideri ĩferos, ſed fabulas quas quidam ueluti certam rem narrant apud populum.* No*uos orbes.)* Veteres *ſphæras ſingulas ſeptem tribuerunt planetis.* His *impoſuerunt octauum orbem ſtellarum fixarum.* Deinde *uidentes octauum duobus motibus moueri, diſcentesq́; ab* Ariſtotele, *uniuſcuiuſq; orbis non eſſe niſi unum motum naturalem, coacti ſunt dicere alterũ motum octaui orbis eſſe uiolentum.* Motu *autem uiolento nõ poteſt moueri ſuperior orbis ab inferiori.* Quocirca *coacti ſunt ponere nouum orbem, quem primum mobile uocant.* His *deinde theologi addiderunt decimum orbem, quẽ empyreũ dicũt: perĩde quaſi ſancti felices eẽ non poſſit, niſi ſuum habeãt cœlũ.* At Baſilides *hæreticus*

quam quiſq̃ fuerat, niſi magnis ſigillis iſti ꝑdidiſſent? Verꝝ an non feliciſſimi dũ hec agunt? Præterea dũ inferoꝝ res oẽis ſic examuſſim depingũt, tanquã in ea rep. complureis annos ſint uerſati? Præterea dum pro arbitrio nouos orbes fabri

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cantur, addito deniq; latiſſimo illo pulcherrimoq́;, ne ſcilicet deeſſet ubi felices animæ cõmode uel ſpatiari, uel conuiuium agitare, uel etiam pila ludere poſſent. His atq; id genus bis mille nugis, hoꝝ capita adeo diſtenta differtaq́; ſunt, ut arbitrer nec Iouis cerebrum æque grauidum fuiſſe, cum ille Palladẽ parturiens, Vulcani ſecuri imploraret. Quare nolite mirari, ſi uidetis caput illoꝝ tot faſcijs tam diligenter obuinctum in publicis diſputationibus, alioquin em̃ plane diſſilirent. Illud ipſa quoq; nõnunq̃ ridere ſoleo, cum ita demum maxime ſibi uident theologi, ſi q̃maxime barbare ſpurceq́; loquant, cumq́; adeo balbutiunt, ut à ne-

*cus cœlos fabricatus eſt trecentos ſexagintaq; q;, teſte Auguſtino. Vulcani ſecuri.) Eſt Luciani dialog⁹ de Ioue capite grauido, cui⁹ caput ipſo Ioue iubente, Vulcanus ſecuri mediũ ſecuit. Atque ita è Iouis cerebro Pallas nata eſt.*

*Tot faſcijs.) Id potiſſimum uidemus ĩ doctorib. apud Pariſios, quorum capita tot faſcijs ſunt obuoluta, ut uix poſſint euoluere ſeſe. Diſſilit aũt, qđ ruptũ in uarias partes minuti ſoluitur. Ipſa*

*Solennis cultus theologorum.*

*Barbaries theologorum.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*quoq; nonnunq̃) Vehemẽter ſtultum ſit oportet, quod ipſi quoq; ſtultitiæ ridiculum ac ſtultũ eſſe uideatur.* Hoc *qđ ait, nimis uerũ eſt ĩ multis, q̃ nihil exiſtimant eruditum, nihil acutũ, qđ nõ ſit barbaris ac ſpurcis dictũ uerbis. Quicq̃d elegãs, id ut grammaticũ aſpernantur. Sĩplicitas ſermonis probe decet theologũ, ſpurcities miniẽ, q̃ ueritatẽ nõ nudam (ut ipſi iactant) oſtendit, ſed oblitam & ſordidatam.* πιτραγγάμματορ)

Magiſtri noſtri.

à nemine niſi balbo poſsit intelligi, acumẽ appellãt, quod uulgus non aſſequatur. Negant enim è dignitate ſacrarum literarum eſſe, ſi grammaticorum legibus parere cogantur. Mira uero maieſtas theologorum, ſi ſolis illis fas eſt mendoſe loq, quanq̃ hoc ipſum habent cũ multis cerdonibus commune. Poſtremo iam dijs proximos ſeſe ducunt, quoties quaſi religioſe magiſtri noſtri ſalutãtur, in q̃ quidem nomine tale quiddam ſubeſſe putant, quale eſt apud Iudæos πιτραγγάμματορ. Itaq; nefas aiunt eſſe MAGISTER NOSTER ſec⁹ quàm maiuſculis ſcribere literis. Qđ ſi quis præpoſtere, noſter magiſter dixerit, is ſemel omnem theolo-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Id eſt, quatuor literarum, quod ſolum ἀνεκφώνητον, .i. ineffabile eſt inter nomina illa decem, quibus Hebræi deum uocant, quæ (ut etiam Hieronymus in epiſtola ad Marcellam teſtatur) iſta ſunt: Primũ אל, quod Aquila ἰσχυρὸς .i. fortem interpretatur.: ſecundum, אלהי: tertium, אלהים, quæ deum ſignificant: quartũ, צבאות, quod ſeptuaginta uirtutum, Aquila exercituũ interpretatur: quintũ, עליון .i. excelſum: ſextũ, אהיה אשר .i. qui ero: ſeptimum, אדני .i. dominus: octauum, יה, quod in הללויה .i. laudate dominum, tantum ponitur: nonũ, de quo hic loquitur, יהוה, quod ineffabile eſt. Nã quatuor illæ literæ, Iod, He, Vau, He, quibus ſignatur, coniunctæ nihil ſonant. Quo myſterio innuũt diuinam eſſentiam modis ineffabilem: at nos illam totam depingimus ineptis (ut ego cenſeo) commentis. Nam ut ſcriptum eſt, ישת חשך סתרו .i. poſuit tenebras ſecretum ſuũ: decimum, שדי, quod Aquila ἄλκιμον .i. robuſtum interpretatur. Sũt & alia nomina, quibus deus apud Hebræos ſignificatur, ut אש .i. ignis, & חכמה ſapientia, &c.

Vtroq; falſiſſimo.) Nam monachus græce dicitur ſolitarius, et religio nihil aliud

ologici nominis peruerterit maieſtatem. Ad hoꝝ felicitatem ꝓxime accedunt hĳ, ꝗ ſe uulgo religioſos ac monachos appellant, utroq; falſiſſimo cognomĩe, cũ & bona pars iſtoꝝ longiſſime abſit à religiõe, & nulli

Monachi

ud eſt quàm pietas & dei cultus, quod eſt omniũ Chriſtianorum. Loquitur autẽ de malis, quæ maxima turba eſt, & hoc cognomine indignis. *Sic execrentur.*) De uulgo loquitur. Et nimium uerum eſt quod dicit. Quin ipſe diuus Hieronymus teſtatur, Romæ quoq; monachi nomen inuiſiſſimum fuiſſe: quanquam ea tempeſtate nihil aliud erant monachi, q̃ uere & ſimpliciter Chriſtiani, nullis obſtricti ceremonijs, nullo prodigioſo cultu, nullis uinculis, nulla ſeruitute, ſed ĩ libertate ſpiritus deo ſeruientes. *Nihil attigerint.*) Olim monachi fere laici erant, quales Benedictini & Franciſci ſocij. Vnde ſunt q̃ putẽt irreligioſum, ſcire literas præcipue bonas, nec recipiũt eruditos, & libẽter expellũt forte receptos, cum ipſi uentres magis ſint q̃ homines.

*Cũ pſalmos ſuos.*) Attende lector, non rideri cultũ diuinũ, ſed eos (qui plurimi ſunt) qui non curãt ĩtelligere qđ pſal-

li magis omnibus locis ſint obuij. Iis non uideo qd poſſit eẽ miſeriꝰ, niſi ego multis modis ſuccurrerem. Etenim cum hoc hominũ genus omnes ſic execrentur, ut fortuitum etiam occurſum ominoſum eſſe perſuaſum ſit, tñ ipſi ſibi magnifice blandiunt̃. Primũ ſummam exiſtimant pietatẽ, ſi uſqꝫ adeo nihil attigerint literaꝝ, ut ne legere quidem poſſint, Deide cũ pſalmos ſu-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſuos, numeratos quidem il
los, at non intellectos, aſini
nis uocibus in templis de-
rudunt, tum uero ſe putát
diuorum aures multa uolu
ptate demulcere. Et ſũt ex
his nõnulli, q ſordes ac mẽ
dicitatem magno uendũt,
proq; forib⁹ magno mugi
tu panẽ efflagitant, imò in
nullis diuerſorijs, uehicu-
lis, nauibus nõ obturbant,
nõ mediocri profecto reli-
quorum mendicorũ iactu
ra. Atq; ad eum modũ ho-
mines ſuauiſſimi, ſordib⁹,
inſcitia, ruſticitate, ĩpuden
tia, apoſtolos (ut aiunt) no
bis referunt. Quid autẽ iu
cundius, q̃ ꝙ omnia faciũt
ex præſcripto, quaſi mathe
maticis utẽtes rationibus,
quas p̃terire piaculum ſit?
Quot nodos habeat calce-

*pſallunt, & odi
oſis clamoribus
implent templũ,
quaſi uocifera-
tio delectet ſupe-
ros. tũ preces nõ
numero cõſtant,
ſed animi affe-
ctu. Magno
uendunt.) Ven-
dũt dixit, ꝓ oſtẽ
tant. Ita Politia-
nus: Vultuq; tri
ſtes, uendunt ſan
ctimonias. Simu
lãt enim nõnulli
ſordes ut plus ac
cipiant à mulier
culis. Magno
mugitu.) Pudet
me, quoties id ui
deo, & tamẽ ui-
demus: imò irrũ
punt in diuerſo-
ria publica, ob-
ſtrepũt in medi-
is cõuiuijs, nihil*

Mendicantes.

Deſcriptio monachorum.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*pudet ſacerdotes. Paulus manibus laborauit, Chriſtus uſus ē liberalitate amicorũ. Ego putarim magis cõuenire, ut iſtis ſi boni ſint, alia ratione ꝓuideretur.*

*Et tamen his nugis)* Aperit peſtem ceremoniarum, ꝗ his freti cõplures, contemnant eos q̃ non eadẽ faciant, putantes in his eſſe pietatẽ, q̃ Chriſtus & apoſtoli adeo nõ tradiderũt, ut dehortentur etiã. *Summa ueſte.)* Hab; hoc ordo Cluniacẽſium, quorũ magna pars ob diui

Diſſenſio monachorum.

us, quo colore cingula, ueſtis quot diſcriminibus uariegãda, qua materia, q̃t ꝙ culmis latum cingulum, q̃ ſpecie, & quot modiorum capax cuculla, quot digitis latum capillitiũ, quot dormiendum horas. Atq; hæc quidem æqualitas in tanta corporum & ingeniorum uarietate, quàm ſit inæqualis, quis nõ perſpicit? Et tamẽ his nugis nõ alios modo præ ſe nauci faciunt, uerum inuicẽ alij alios contemnunt: atq; homines apoſtolicam charitatem profeſſi, ob aliter cinctam ueſtem, ob colorem paulo fuſciorẽ, omnia miris tragœdijs miſcent. Ex his uideas quoſdam adeo rigide religioſos, ut ſumma ueſte nõ niſi cilicina utãtur, intima

Mile

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

diuitias corrupta fuit, etiam ætate Bernardi, quod ex illius patet epiſtolis. Cilicinam autem ueſtem aſperrimam uocat, utpote quæ ex uillis caprarum fieri ſolet apud Cilices, unde & nomen habet, quemadmodum Mileſiã ueſtem, pro molliſſima poſuit. Sicut & Horatius in epiſtolis: Alter Mileti textã cane peius & angue Vitabit chlamydem. Qui pecuniæ contactũ.) Animo contemnenda eſt pecunia, quod ſi quid eſt in contactu periculi, certe plus eſt in contactu fœminæ quàm pecuniæ. At fœminarum contactum non prohibet Franciſcus, ſed turpem amorem. Pecuniæ contactum cur tãtopere prohibuiſſet? Quod ſi diuus Franciſcus cum ait, non recipiant, intelligi uult non attingant, cur addidit, neq; per ſe, neque per alios? Quis enim dicitur per alium aliquid attingere? Et quid ſi chirotheca contingãt? Palàm eſt Franciſcum ſenſiſſe, quod uerba ſonãt. Recipit dominus cui ſoluitur pecunia. Recipiũt procuratores, unde receptores dicti. Adminiſtrationem interdixit pecuniæ, non contactum, ſed ad eum modũ interpretatus eſt pontifex neſcio quis. Deum immortalem, etiam pontifice opus erat, ut intelligeremus rem uel pueris perſpicuam? Verum hiſce de rebus diſputent alij: mihi ſatis eſt illud optare, ut Chriſti regulã, hoc ẽ euãgelicã doctrinã tãti faciamus omnes Chriſtiani, quanti faciunt regulã homi

Cilicium.

Mileſia: alios cõtrà, qui ſuperne linei ſint, intime lanei. Rurſum alios q pecuniæ contactum ceu aconitum

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Aconitũ.

hominis. Aconitum.) Aconitum herba eſt uenenoſa, quam Dioſcorides in quarto, inter frigidiſſimas numerat, quod in ſaxis creſcit, unde (ut Plinius autor eſt) nomen habet. ἀκόνη enim cautes dicitur. Huius duas ſpecies Dioſcorides faciens, & de altero loquens, ait: κτείνει δὲ καὶ παρδάλεις, καὶ σῦς, καὶ λύκον, καὶ πᾶν θηρίον, κρεαδίοις ἐντιθέμενον, καὶ παραβαλλόμενον, .i. Occidit autem & pardales, & ſues, lupos & omnem beſtiam, carunculis impoſitum & proiectum. Hi funigeros.) Hæc ſunt portentoſa nomina, Chriſtianæ illi et unitati & charitati inimica, quæ Paulus longe ante præuidens, tantopere deteſtatus eſt, nullas uolens factiones eſſe inter Chriſtianos. Vnde Corinthijs ſcribens, ait: παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώσει, .i. hortor uos fratres p̄ idē nomē domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idē dicatis oēs, et nō ſint ĩ uobis ſciſſuræ, ſitis aũt p̄fecti ĩ eadem mēte & in eadē ſcientia. Quanto affe

tum horreāt, nec à uino interĩ, nec à mulierũ cōtactu tpantes. Deniq; miꝝ omnibus ſtudiũ, ne qd in ratiōe uitæ cōueniat. Nec illd̄ ſtudio ē, ut Chr̄o ſimiles ſint, ſed ut int ſe diſſimiles. Porrò magna felicitatis pars ē ĩ cognomētis, dũ hi funige

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ros appellari ſe gaudēt, & int̃ hos alij Coletas, alij minores, alij minios, alij Bulliſtas. Rurſum hi Bñdictinos, illi Bernardios: hi Brigidenſes, illi Auguſtinenſes: hi Guilhelmitas, illi Iacobitas: quaſi uero parũ ſit dici Chriſtianos. Horꝝ magna pars intantum ſuis nitit̃ ceremonijs & hoīm traditiunculis, ut putet unum cœlum parꝝ dignũ eſſe tantis meritis p̃miũ, haud cogitantes futurũ, ut Chriſtꝰ cõtemptis his omnibus, ſuum illud ſit exacturus p̃ceptum, nēpe charitatis. Alius

*ctu has factiones Chriſtianæ paci & unitati pernicioſiſſimas deprecatur? Vnde idem indignatur, quod alij cognomen ſumerent Cephæ, alij Apollo, alij ſuum, hoc eſt, Pauli, uehementer ob id ſtomachans: Quid, inquit, diuiſus eſt Chriſtus? Quanto ergo minus huiuſmodi ſtultis cognomentis gloriandũ eſt? Idem cultus, aut certe liber, idem uictus, aut liber, idem Chriſti cognomen, multo magis facerēt ad concordiam. Nũc uidemus ex his tot diſcriminib. magnas ac periculoſas naſci diſcordias: de q̃bus quid attinet multa dicere, cũ nemo neſciat?*

*Suũ illd' exacturus) Nã Chriſtus in illa oratione, plena feruoris & charitatis, quã ultimam cum ſuis diſcipulis habuit, poſt multam charitatis commendationem*

onem, ita demū præcepit: αὐτή ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, .i. Hoc demum mandatum meum eſt, ut diligatis uos mutuo quemadmodū dilexi uos. Quorſum igitur tantæ homunculorum traditiunculæ, ad quas ſolum diſcendas uita non ſufficit, cum ſine hac, charitatem dico, quam ſolā Chriſtus præcepit, nihil bene à quoquam fieri poßit, & cum hac nihil male? Aqualiculum.) ὑποκοριστικὸν eſt, ab aqualus, quod aluum ſignificat. Perſius ſatyra. I. Nugaris, cum tibi calue Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. Quem diſtentum dixit, eo quod fratres iſti fere piſcibus ueſcantur, qui quandoquidem carnibus frigidiores ſunt, plus pinguedinis (quam medici pituitā congelatam eße aiunt) generant. Ad hæc diſtētum dixit, ne uideretur damnare, quod à carnibus abſtineāt, quanquam ne id quidem magnopere probet Paulus, ſed quod tam multis & uarijs piſcibus ſe ingurgitent, ut nulli rei præterquam ſomno utiles ſint. Effundet modios.) Attende cādide lector, non hic damnari preces, quanquam ne Chriſtus quidē has uerboſas preces probauit, ſed modios pſalmorum .i. certas & ſtatas preces. modijs enim mēſuramus. Ieiuniorum myriadas.) Myrias numerus eſt decem miliū. ſed nec hic ieiunia dānauit, ſed

us oſtētabit aqualiculū, oī piſcium genere diſtētum. Alius pſalmoꝝ centum effundet modios. Alius ieiuniorum myriadas annume

Myrias.

ras

*ſed illa numerata, & in quibus tantũ uorant unico pran dio, ut nec corpore nec mẽte quicquam poſſint. Quibus mirum quàm glorientur, qui cultum diuinum magis ex-ternis & corporalibus quibuſdam obſeruatiũculis, quã ſpiritu metiuntur.* Plus quàm *undecim luſtris.)* Nam *tales ſunt nonnulli fratres, qui ſpõgiarum (quæ ſaxis ſem per adhærent) ritu nunquam locũ mutent, ſomniantes pi etatẽ eẽ inanimata imitari. Spongiam quoq; eſſe aĩal, ſuprà ex Ariſtotelis & Plinij ſentẽtia ꝓbauimus. nam ipſis detractis, ſæpe ſanguis ſaxis adhærere uidetur.*

Lethargum) *Lethargus apoſtema eſt ĩ poſteriori uentriculo cerebri, ſomnũ, obliuionẽ, et motus paucitatẽ inducens, qđ oritur ex pituita craſſiſſima, præci*

*lethargus.*

rabit, & toties unico prandio penè diſruptã imputabit aluũ. Alius tm̃ ceremoniarũ aceruum ꝓferet, q̃tũ uix ſeptẽ onerariĳs nauib⁹ uehi poſſit. Ali⁹ gloriabit̃ ſexaginta annos nunq̃ attactã pecuniã, niſi digitis duplici chirotheca munitis. Alius cucullã ĩgeret, adeo ſordidã & craſſam, ut nullus nauta ſuo dignetur corpore. Cõmemorabit alius ſe plusq̃ undecĩ luſtris ſpõgiæ uitã egiſſe, ſemp̃ eidẽ affixum loco: Ali⁹ raucam aſſiduo cantu uocem adducet: Alius lethargum ſolitus



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*cipue in his, qui ſimul multum uorant, præcipue piſciū, & parum mouētur, ſimulq; in ſolitudine & otio degūt, quales ſunt fratres iſti, qui ſe ad perpetuos carceres damnarunt.* Iugi ſilentio.) *Nam certa ſua habent ſilentia. Hi fratres frigidis præcipue morbis ſunt obnoxij, quales ſunt apoplexia, paralyſis, tortura, lethargus, & ſpaſmus. Vnde multos tales uidi, q linguam (nam hæc cū primis humida eſt) paralyſi uitiatā, mouere non poſſent.*

Iudæorū genus.) *Nā quēadmodū Iudæi in circunciſione, ſabbatis, ieiunijs, & alijs id genus ceremonijs gloriabantur, quēadmodū Paulus ſæpe eis exprobrat cū ſpū uacarēt, ita nōnulli Chriſtiani plus ceremonijs illis ꝑ ſe ĩanibus tribuūt, q̃ ſpūi, cuius nunq̃ ſcintillam ſenſerūt, quos tanq̃ nihil à Iudæis re differētes, nouū Iudæorū genus ſtultitia, ſed haudquaq̃ ſtulte uocat.* Nec

*eos*

tudine cōtractum, alius linguam iugi ſilentio torpentem. At Chriſtus interpellatis, nunquam alioqui finiendis glorijs, unde nā hoc (inquiet) nouum Iudæoꝝ genus? Vnicā ego legē uere meā agnoſco, de qua ſola nihil audio. Et olim palàm nullóq; parabolarum utēs ĩuolucro, paternā hæreditatē pollicitus ſum, nō cucullis, preculis, aut inedijs, ſed charitatis officijs. Nec eos agnoſco, q ſua fa-

cta

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*eos agnoſco.)* Alluſit ad illum locum euangelicum, qui eſt apud Matthæū, ubi iuſti illi, quorum opera Chriſtus tantopere exoſculatus fuit, ſua opera ignorāt. Sic enī aiūt: κύριε, πότε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; .i. Domine, quando uidimus eſurientem, & nutriuimus? &c. Mali contrà ſua bona agnoſcunt, & iactant, dicentes: Domine, quando uidimus eſurientem, & non nutriuimus? Sed horum opera Chriſtus non agnouit. Similis eſt illa parabola publicani et pharisæi, ſua ieiunia et preculas iactantis, & quaſi deo opprobrantis. *Abraxaſiorum cœlos.)* Baſilides hæreticus trecentos ſexaginta quinq; fabricatus eſt cœlos, ut autor eſt diuus Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Inde myſticum illud nomen ſuis diſcipulis commendauit ἀβραξας. Nam his literis iuxta Græcam ſupputationem hic numerus ſignificatur: α καὶ β ſignificant unum & duo, ρ καὶ α centum & unū, ξ καὶ α ducenta & unum, σ, quæ ſeptima eſt in hac dictione litera, ſignificat ſexaginta. In ſumma reddētur trecenta ſexaginta quinque. De hcc plura uide ī ſcholijs Eraſmi, ī Hieronymi epiſtolas.

cta nimis agnoſcunt, iſti q me quoq; ſanctiores uideri uolunt, Abraxaſiorum cœlos (ſi libet) occupent, aut ab his ſibi noui extrui cœlum iubeant, quoꝝ traditiunculas meis p̄ceptis anteposuerunt. Cum hæc audi

ent q

*las. Niſi ſi quãdo po.) Hæc nihil ad bonos monachos pertinent. Mali putẽt ſe admonitos, q̃d debeãt corrigere. audiuimus enĩ ſæpenumero narrãtes q̃cquid audiuerĩt à cõfitẽtib. idq́; nõ ad ædificationẽ, ſed ridẽdi cauſa. Nominant urbẽ, nominãt collegiũ, deniq́; domũ, hominẽ quoq; ſi defunct⁹ ſit, quaſi ſatis ſit ſi uiuum noĩatim non prodant. Multa poſſent hoc loco referri de malis, q̃ malo ob bonorũ honorẽ reticere.*

*Hos crabrones*

ent, & uidebunt nautas & aurigas ſibi p̃ferri, quibus putatis uultib⁹ ſeſe mutuo cõtuebuntur? Sed interim ſpe ſua felices ſunt, nõ abſq; meo beneficio. Atq; hos quidem, quanquam à republica ſemotos, nemo tamẽ audet contemnere, p̃cipue mendicantes, propterea q̃ omnia omnium arcana teneant, ex cõfeſſionibus q̃s uocant. Quæ tamen prodere nefas habent, niſi ſi quãdo poti, fabulis amœnioribus delectare ſe uolũt, ſed coniecturis modo rem indicãt, tacitis interim nominibus. Q̃d ſi quis hos crabrones irritarit, tum in popularibus cõcionibus probe ulciſcuntur ſeſe, & obliquis dictis hoſtem notant, adeo tecte, ut nemo nõ intel

nes irritarit.) Crabro inſecti genus pertinaciſſimum, aculeoq; peſtilētiſſimo: cuius ictum Plinius libro undecimo dicit haud temerè ſine febri eſſe. Vnde prouerbio dictū eſt τὰς σφῆκας ἐρεθίζειν, id eſt, crabrones irritare, in pertinaces & rixoſos, quo Plautus in Amphytrione uſus eſt in mulieres. Crabro.

In os offam) Sic apud Maronem Aeneas Cerbero oblatranti offam obijcit, quo ſileat.

Comœdum) Comœdus dicitur qui agit, comicus uero qui ſcribit comœdias.

Per manus tradit.) Per ſucceſſionē, prouerbiali dictum figura.

telligat, niſi qui nihil intelligit. Nec prius oblatrandi finem faciunt, quàm in os offam obieceris. Age uero quem tu mihi comœdum, quem circulatorem ſpectare malis, quàm iſtos in cōcionibus ſuis rhetoricātes omnino ridicule, ſed tamē ſuauiſſime imitātes ea quæ rhetores de dicēdi ratione tradiderūt? Deum immortalem, ut geſticulantur, ut apte commutāt uocem, ut cantillant, ut iactāt ſeſe, ut ſubinde alios atq; alios uultus induunt, ut omnia clamoribus miſcent. Atq; hāc orandi artem ceu rem arcanam fraterculꝰ fraterculo, per manus tradit; eam tam

*Mihi non eſt fas.) Mihi, refertur ad perſonam Moriæ, quod nolint mulierem ſcire literas aut diſciplinas.*

*A Nilo Aegypti.).i. à re alieniſſima. In his autem mira quadam ὑποτυπώσει depīgit illorū τὸ κακόζηλον, ut Græci uocāt.i. peruerſam imitationē. Nihil enim odioſius quàm ars male affectata.* *A Babylonio dracone Bel.) Hæc fabula de Bel dracone, inſerta ē ſcriptis Danielis à Theodotione, ut nōnulli putant: nam in Hebræo non habetur, quemadmodū nec Suſannæ hiſtoria, nec hymnus trium puerorum, quæ omnia obeliſcis antepoſitis diuus Hieronymus iugulauit tanquam adulterina.* *A duodecim zodiaci.) Solem enim aiunt in ieiunio arietem primum zodiaci ſignum ingredi, eoq; tūc omnia magis hūeſcere et caleſcere, craſſosq; humores corporum, q in hyeme propter cœli frigiditatē reſolui nō poterant, tūc reſolui incipere, atq; idcirco paucis tūc egere corpora nutrimentis, eoq; bene inſtitutū eſſe ab eccleſia ieiunium*

*uer*

Proœmiū.

etſi mihi nō eſt fas ſcire, tñ utcunq; cōiecturis ſequar. Primo loco inuocāt, id qđ à poëtis mutuo ſūpſerunt: deiñ dicturi de charitate, à Nilo Aegypti fluuio ſumunt exordium: aut crucis myſteriū enarraturi, à Babylonio dracone Bel feliciter auſpicātur: aut de ieiunio diſputaturi, à duodecī zodiaci ſignis principiū faci

ci

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*uerno tẽpore. Hacq́; occaſione mira de zodiaco, eiusq́; ſignis blaterant, quo indoctæ plebeculæ docti uideãtur.*

*De quadratura circuli.) Ariſtoteles* ἐν κατηγορίαις περὶ τῶν πρός τι, *ſcriptũ reliquit,* ἐπιστήμης δὲ μὴ οὔσης, οὐδὲν κωλύει ἐπιστητὸν εἶναι, οἷον καὶ ὁ τοῦ κύκλου τετραγωνισμός, εἴγε ἐστὶν ἐπιστητόν, ἐπιστήμη μὲν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν οὐδέπω, αὐτὸ δὲ τὸ ἐπιστητόν ἐστι, *Id eſt, Scientia autẽ non exiſtente, nihil prohibet ſcibile eſſe, ut circuli quadratura, & ſi ſcibile ſit, ſcientia tamen ipſius nondum eſt, ipſum autẽ ſcibile eſt. Hac igitur occaſione, ut Ariſtotele plus ſcire uideãtur, & ſophiſtæ in ſuis ſcholis, & in concionib⁹ ſuis fratres de q̃dratura circuli multa garriunt. Triadis)* τριὰς *græco uocabulo dixit, nã trinitas (quo uulgus utitur) nõ ſatis eſt Latinum.*

*Theologicis) Iocus eſt. Tacite enĩ ſignificat theologos malle au-*

ciunt: aut de fide uerba facturi, diu de q̃dratura circuli præloquũtur. Audiui ipſa quendam eximie ſtultum, erraui, doctum uolebam dicere, qui in cõcione celeberrima diuinæ triadis myſterium explicaturus, q̊ & doctrinam ſuam nõ uulgarem oſtentaret, & theologicis ſatisfaceret aurib⁹, noua prorſus ingreſſus eſt uia, nimirum à literis, ſyllabis, & oratione, tum à con-

*Ridicula fabula de theologo quodam.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cordia noĩs & uerbi, adie-
ctiui nominis & ſubſtanti
ui, mirátibus iá pleriſq;, ac
nonnullis Horatianum il-
lud apud ſe muſſitantibus:
Quorſum hæc tam putida
tēdunt? Tandem huc rem
deduxit, ut in grammatico
rum rudimentis ſic expreſ
ſum oſtenderet totius tria
dis ſimulacrũ, ut nemo ma
thematicorum in puluere
poſſet euidentius depinge
re. Atq; in hac orõne θεολο
γώτατος ille totos octo mē-
ſes ita deſudarat, ut hodie
quoq; magis cæcutiat quã
talpæ, nimirum tota lumi-
num acie ad ingenij cuſpi-
dē auocata. Verũ haud pœ
nitet hominē cæcitatis, ac
paruo quoq; putat emptã
eam gloriam. Auditus eſt
à nobis alius quidam octo
ge

*dire has ſubtiles nugas fabellásq;, q̃ euangelium aut Paulinas epiſtolas. Nemo mathematicor.) Nam his mos ē, figuras ſuas in puluere depingere.* Θεολογώτατος) *Superlatiuus eſt Græcus ab hoc poſitiuo theologus.*

*Magis cæcutiat q̃ talpæ) græcis enĩ prouerbium ē,* ἀσπάλακος τυφλότερος *.i. talpa cæcior, in uehemēter luſciosũ. Iocatur aũt in aliquē theologũ ſibi notũ, et forte luſciosũ.*

*Tota luminũ acie.*

*Alius fabu-*

genari⁹, adeo theolog⁹, ut ĩ hoc Scotum ipſum renatum putes. Is explicaturus myſteriũ nominis Ieſu, mira ſubtilitate demõſtrauit, ĩ ipſis literis latere quicqd de illo dici poſſit. Etẽm qđ tribus duntaxat inflectitur caſibus, id manifeſte eſſe ſimulacrũ diuini ternionis. Deinde, qđ prima uox Ieſus, deſinat in s, ſecunda Ieſum ĩ m, tertia Ieſu in u, in hoc ἄῤῥητον ſubeſſe myſterium: nempe tribus literulis indicantibus eum eſſe ſummum, medium, & ultimũ. Reſtabat myſterium his q̊ q; retruſius, mathematica ratiõe, Ieſus ſic in duas æq̃les diffidit portiones, ut ſcilicet pẽthemimeres in medio reſideret. Deinde docuit eam literã apud Hebræ

*acie.) Acies ad animã refertur, cuſpis aũt nõ dicitur, niſi de re corporea, data autem opera hic uertit. ἄῤῥητον).i. arcanũ, & ineffabile. Feſtiuiter huius deliri fratris ĩeptias ridet, qui uocem Hebraicam (qđ uel teſte Hieronymo ineptiſſimum eſt) in alienam linguã traxerit. Siquidem* ישע *Ieſcha, Hebraica uox ẽ, id ſignificans quod græce* σωτηρία, *& Latine ſalus, cui paſſim apud Hebræos ĩterponitur* ו *cum* ה *in*

*la non minus amœna.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*fine, ut ibi,* הישועה ליהוה*. id ẽ domini ẽ ſalus, qđ alio ſequente mutatur in* ח*, ut* עיני כלו לישועתך*. i. Oculi mei defecerunt in ſalutari tuo.* Ab ישע *autem* ישוע *dicunt noſtri, ſaluatoris nomen dictum eſſe. Sunt tamen qui dictum putent à* יש *uerbo ſubſtãtiuo.* Penthemimeres.) *πέντε quinque ſunt, ἥμισ dimidium, μέρος* pars: *unde πενθημιμερὲς dimidium quinque dicitur.* Quemadmodũ *etiam* Terentianus *ait* : Hoc πενθημιμερὲς *medium de quinque uocatur. Sicut igitur grammaticis penthemimeres uocatur, quando poſt duos primos pedes relinquitur ſyllaba dictionem terminans (nam duo cum ſemis, dimidium faciunt quinque) ſic ſyn in medio penthemimeris poſitum erat à fratre, ut ſi diuideretur, utrũq; ei dimidiũ cũ reliqs duab. literis ſumptũ, pẽthemimeres faceret.* Ni obæ.) *Hæc cum pulcherrios per multosq́; liberos haberet, eósque cernerẽ ab* Apol line *&* Diana *ſagittis confoſſos, nimio dolore ob ſtupuit diriguit-*

Niobe.

os eſſe ש, quam illi Syn appellent: porrò ſyn Scotorũ (opinor) lingua peccatum ſonat: atq; hinc palàm declarari, Ieſum eſſe qui peccata tolleret mũdi. Hoc tã nouum exordium ſic inhiantes admirati ſunt omẽs, præcipue theologi, ut parũ abfuerit quin illis accide rit, qđ olim Niobæ, cũ mihi ꝓpemodũ euenerit, qđ ſi

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

que. Vnde à poetis fingitur uerſa in ſaxum. De qua Ouidius transformatorum libro ſexto:

Exanimes inter natos, natasq́;, uirumq́;,
Diriguitq́; malis, nullos mouet aura capillos.
In uultu color eſt ſine ſanguine, lumina mœſtis
Stant immota genis, nihil eſt in imagine uiuum.

Græci maxima & intoleranda mala Νιόβης πάθη, Id eſt, Niobes paßiones uocant. Ficulno illi Priapo.) Significat ſe adeo riſiſſe, cum ſtulti theologi præ admiratione ſtuperent, ut propemodum crepitum uentris faceret. Alluſit enim ad Priapum illum ficulnum, qui (ut Horatius in ea Satyra, quæ incipit, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, dicit) cum Canidiæ & Saganæ magica & nocturna ſacra, q̄bus furias Hecaten & animas mortuorum euocabant, ſpectaret, præ timore magnum bonumq́; crepitum uentris emiſit, quo aniculæ territæ, relictis dentibus & caliendro, è ueſtigio aufugerunt. Vnde ſic ait: Et ut non teſtis inultus Horruerim uoces furiarũ & facta duarum. Nam diſploſa ſonat quantum ueſica, pepedi Diffiſſa nate ficus, at illæ currere in urbem. Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis Vincula cum magno riſuque iocoque uideres.

ficulno illi Priapo, qui magno ſuo malo, Canidiæ Saganæq́; nocturna ſacra ſpectauit. Nec iniuria profecto: nam quando ſimilem

ἔφοδος.

ἔφοδον, commentus eſt Demoſthenes ille Graius, aut Cicero Latinus? Illis uitioſum habebat̃ procœmium, qđ à re foret alienius: quaſi uero non ad iſtū modum exordiant̃ & ſubulci, natura uidelicet magiſtra. At hi docti præambulum ſuum (ſic enim uocāt) ita demū eximie rhetoricū fore ducūt, ſi nuſquam quicquam habeat cum reliquo argumento confine, ut auditor interim admirans, illud ſecum murmuret, quò nunc ſe proripit ille? Tertio loco ceu narrationis uice nō nihil ex euangelio, ſed curſim ac uelut obiter interp̄tātur, cum id ſolum fuerit agēdum. Quarto loco iam noua ſumpta perſona, quæſtionem mouent theologa-

*ἔφοδον.) Id eſt, inſinuationem, quæ eſt oratio quadā diſſimulatione & circuitione, obſcure ſubiens auditoris animum, ut ſcribitur in rhetorica ad Herennium. Hac Quintilianus in libro quarto utēdum eſſe ait in cauſa admirabili & turpi.*

*Quò nunc ſe proripit ille?) Vergilianum eſt hemiſtichium.*

Narratio.

*Theologalē.) μιμητικῶς legēdum riſus cauſa. ſic enim illi ſolent uocare uerbo non ad modū Latino.*

οὕτω lem

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lẽ, aliq̃ties ὄυτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένην, atq; id q̃q; ad artem arbitrant̃ ptinere. Hic demũ theologicũ attollũt ſupcilium, doctores ſolennes, doctores ſubtiles, doctores ſubtiliſſimos, doctores ſeraphicos, doctores ſãctos, doctores irrefragabiles, magnifica noĩa aurib⁹ inculcantes. Tum ſyllogiſmos, maiores, minores, cõcluſiões, corollaria, ſuppoſitiões frigidiſſimas, ac pl⁹ q̃ ſcholaſticas nugas apud impitum uulgus iactitãt. Supeſt iam qntus actus, in q̊ ſummũ artificẽ pſtare cõuenit. Hic mihi ſtultam aliquam & indoctã fabulam ex Speculo (opinor) hiſtoriali, aut geſtis Romanorũ in mediũ adferũt, & eandẽ interptant̃ allegorice, tropo

*ὄυτε γῆς, ὄυτε ὀυρανοῦ ἁπτομένω.)* .i. *Neq; terram, neque cœlum attingentem. Prouerbium eſt apũ Lucianum de re uehementer aliena à propoſito.*

*Iam quintus actus.) alluſit ad hoc q̃, comœdia qnq; cõſtat actibus. Et M. Tullius dicit ĩ extremo actu poetam oportere eẽ optimum.*

*Et eandem interpretantur.) Allegorias in uetus teſtamẽtũ nõ ferremus, niſi neceſſitas nos cogeret. At quis ferret ſomnium otioſi nebulo*

*Argumentatio.*

*Cõcluſio.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*nis, & rurſum alio ſomnio ſomnium explicatum? At quidam hæc religioſius penè legunt, q̃ euangelium.* Chimæram ſuam.) *Hoc eſt, ſermonem portentoſum ex partibus multo diuerſiſſimis, tanquam monſtrum conſtantem.* Chimæram Iliados. 6. *Homerus ſic deſcribit:* Ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο, *id ē, hæc igitur erat diuinum genus, non humanum. Antè leo, retro autē draco, media autē chimæra, grauē efflans ignis uĩ ardētis. Verſus Homeri Lucretius ſic imitatus eſt: Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimæra.* Humano capiti ceruicem.) *Sic orditur artem poeticā, reprehendēs inæ-*

Chimæra.

Pronuntiatio.

pologice, et anagogice. Atq; ad hũc quidem modum Chimærã ſuam abſoluũt, qualem nec Horatius unq̃ aſſequi potuit, cum ſcriberet: Humano capiti & cæt. Sed audierunt à neſcio quibus, ingreſſum orationis ſedatũ, minimeq; clamoſum eſſe oportere: Itaq; principio ſic exordiuntur, ut nec ipſi uocem propriam exaudiant, quaſi referat dici qđ nullꝰ intelligat. Audierũt nonnunquam ad concitandos affectus, exclamationibus utendum eſſe, Proinde

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

p̄ſſe alioqui loquentes, ſub inde repẽte uocem tollunt furioſo plane clamore, etiã cum nihil opus. Iures elle boro homini opus eſſe, per inde quaſi nihil referat, ubi clames. Præterea quoniam audierunt oportere ſermo nem in progreſſu ferueſce re, ĩ ſingulis partibus prin cipijs utcũq; ſane recitatis, mox mira uocis contentio ne utuntur, etiam ſi res ſit frigidiſſima, atque ita deſi nũt, ut ſpiritu defectos cre das. Poſtremo didicerunt, apud rhetores de riſu fieri mẽtionem, eoq; ſtudent & ipſi iocos quoſdam aſper= gere, ὦ φίλη ἀφροδίτη, quàm plenos gratiarum, quámq; in loco? ut plane ὄνον πρὸς τὴν λύραν eſſe dicas. Mordent q́ q; nonnunquam, ſed ita, ut ti-

*inæqualitatẽ argumenti.* *Elleboro opus eẽ.)* *Hoc eſt inſanire. Quãdoquidẽ elleboro purgatur atra bilis, ut ſuprà diximus.*

De *riſu fieri)* De *riſu mouẽdo multa fit mentio apud* Fabium *libro.6.* ὦ φίλη ἀφροδίτη.) *.i. ò amica* Ve*nus. ut uiri dicũt* ἡράκλεις *cũ admirãtur aut abominãtur, ita fœminæ dicũt* ὦ φίλη ἀφροδίτη.

ὄνον πρὸς τὴν λύραν.) *Id eſt,* A*ſinũ adhibitum lyræ.* Pro*uerbiũ eſt, quo ſi* gni-

Feſtiuitas.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

gnificant hominem minime idoneum ad rem gerendam.

παῤῥησιάζεσθαι.) Id ē, libere loqui. Inde παῤῥησία, libertas in admonendo, aut alioqui loquendi, contraria aſſentationi. Quod dicit, uero uerius eſt, Clamāt in mulierculas, quod trahāt caudas, quod nimium niteant, & forma ſolicitent uiros, quod gemmis & auro fulgeant, quod uiris imperent. Atq; hæc narrant, ut illæ gaudeāt.

Fori circulatoribus.) Iuxta morem Italiæ dixit: Nā illic in foro poſita menſa, conſcendunt nebulones herbarij, aut præſtigiatores, aut aliud quippiā ſimile profitentes, & orationē populū illiciunt. Quorū pronuntiatio nō alia eſt q̄ concionatorum, niſi quod illos uincant.

titillent magis quàm uulnerent. Nec unquā uerius adulantur, quàm cum maxime παῤῥησιάζεσθαι uideri ſtudent. Deniq; tota actio eſt eiuſmodi, ut iures eos à fori circulatoribus didiciſſe, à quibus longe uincuntur. Quanquam utriq; alterius uſqueadeo ſunt ſimiles, ut nemo dubitet quin aut hi ab illis, aut illi ab his rhetoricen ſuam didicerint. Et tamen inueniunt hi quoq; mea nimirū opera, qui cū hos audiunt, Demoſthenes meros ac Cicerones audire ſe putāt. Quod genus ſunt præcipue mercatores ac mulierculæ: q̄

Mulieres & mercatores.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rum auribus unice placere ſtudẽt, quod illi nõnullam prædæ portiunculam de rebus male partis ſoleãt impertiri, ſi cõ mode fuerint palpati. Illæ cũ alijs multis de cauſis huic ordini fauent, tum p̃cipue, ꝙ in hoꝝ ſinus ſoleant effundere, ſi qd in maritos ſtomachantur. Videtis opinor, quantopere mihi debeat hoc hominũ genus, cum ceremoniolis & nugis deridiculis, clamoribusq́; tyrannidem quãdam inter mortales exerceant, & Paulos atq; Antonios ſeſe credãt. Verum ego iſtos hiſtriones tam ingratos beneficiorum meorum diſſimulatores, quàm improbos ſimulatores pietatis libenter relinquo. Iamdudum enim iuuat de regibus ac principibus aulicis, à qbus ſimpliciſſime color, & (ut dignũ eſt) ingenuis ingenue nonnihil attingere. Qui qdem ſi uel ſemunciam ſani cordis haberent,

*Si quid ĩ maritos.) Eſt enim querulum mulierum genus. Ad hos igitur deferunt, qcqd maritus domi delirat.*

*Sĩplicíſſime color) Hoc ẽ, apte, & ſine fuco, non quẽadmodũ à monachis.*

De principum ſtultitia.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rẽt, q̃d eſſet horum uita triſtius aut æque fugiẽdum? Neq; eñ exiſtimabit uel p̃iurio parricidioq; parandũ imperiũ, qſquis ſecum perpenderit q̃ ingens onus ſuſtineat humeris, q uere prĩcipẽ agere uelit. Eum q rerum gubernacula ſuſceperit, publicũ nõ priuatũ negotiũ gerere, nihil niſi de cõmodis publicis oportere cogitare: à legibus (quarũ ipſe & autor & exactor eſt) nec latum digitum diſcedere: officialiũ omnium et magiſtratuũ integritatẽ ſibi p̃ſtandam eſſe: ſeſe eſſe unum omniũ oculis expoſitum, qui uel ceu ſidus ſalutare, morum innocentia maximã rebus humanis ſalutẽ poſſit adferre, uel uelutí cometa letalis, ſummã perni

*Eũ q rerũ gubernacul.)* Vt ludẽs, tamẽ ita prĩcipis officiũ cõplexus eſt, ut nõ Ariſtoteles melius in ſuis Politicis. *Nec latũ digitũ.)* .i. ne minimum q̃dẽ ſpatiũ. Sermo ẽ prouerbialis. *Cometa.)* Id ẽ, ſtella crinita, quæ fere magnum humano generi portẽdit malũ, ſi quãdo apparuerit. Dicitur aũt κομήτης Græco uocabulo, q̃ ἀπὸ τοῦ κάτω λεπτότατον, δὲ τοῦ ἄνω ἥπλωται, ὡς ἐπὶ κόμης, hoc eſt, q̃ ipſius inſe-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pernicìem inuehere. Aliorum uitia neq; perīde ſentiri, neq; tam late manare. Prīcipem eo loco eſſe, ut ſi quid uel leuiter ab honeſto deflexerit, grauis ꝑtinus ad quàmplurimos homines uitæ peſtis ſerpat. Tum ꝙ multa ſecū adferat prīcipum fortuna, quæ ſoleant à recto deducere: qđ genus, deliciæ, libertas, adulatio, luxꝰ: hoc acrius enitendum ac ſolicitius aduigilandum, necubi uel deceptus ceſſet in officio. Poſtremo, ut īſidias, odia, cætera'q; uel pericula uel metus omittam, capiti imminere uerū illum regē, qui paulo pòſt ab eo ſit etiā de minimo ꝗq; commiſſo rationem exacturus, id'q; tanto ſeuerius, quanto præſtātius geſſit imperium. Hæc inquam atq; huiuſmodi plurima, ſi princeps ſecum perpenderet, ꝑpenderet autem ſi ſaperet, is nec ſomnū, nec cibū opinor iucunde cape poſſet. At nūc meo munere, has oēis curas

*inferior pars tenuiſſima ſit, ſupior aūt paſſa, ſicut ī coma.* Qđ genus) Pro eo qđ Græci dicūt οἷον, *exemplum additur.*

Dijs



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Studia malorum prĩcipum.*

*Dijs permittunt.)* Prouerbialiter dictũ. Horatius: Permitte diuis cætera.

dijs ꝑmittunt,ipſi ſeſe molliter curant, neqꝫ quenquã ad aurem admittunt,niſi q̃ iucunda loqui norit,ne q̃d animo ſolicitudinis oboriatur. Se probe principis parteis omneis impleſſe credunt, ſi uenentur aſſidue, ſi bellos alãt caballos, ſi ſuo commodo uẽdiderint magiſtratus ac præfecturas, ſi quotidie nouæ rationes excogitentur, q̃bus ciuium opes attenuent,& in ſuũ cõuerrãt fiſcum,uerum id apposite reptis titulis, ut etiã ſi ſit iĩquiſſimum, aliquam tamẽ æquitatis ſpeciem p̃ ſe ferat. Addũt data opera nonnihil adulationis, quo populares animos utcunqꝫ ſibi deuinciant. Fingite mihi nunc,quales ſunt nonnũquam,hoĩem legum ignarum, publicoꝵ commodorum penè hoſtem,priuatis intentũ cõmoditatibus, ad

*Inſuũ cõuerrãt.)* Pleriqꝫ deprauãt, ꝓ cõuerrãt ꝑ geminũ r, cõuertãt, ꝑ t. Eſt aũt conuerrere, ĩ unum uerrere, ſic ut nihil relinquas. Fiſcum dixit. nã fiſcus ꝓprie eſt principis, quemadmodum ærarium ẽ reipublicæ.

Me- di

dictum uoluptatibus, oſorem eruditio-nis, oſorem libertatis ac ueri, nihil min⁹ quàm de reipublicæ ſalute cogitantem, ſed om̃ia ſua libidine, ſuiſq; utilitatibus metiẽtem: deinde addite huic torquem aureã, omnium uirtutum cohærenti-um cõſenſum indicantem: tum coronã gemmis inſignitam, quæ quidem admo neat eum heroicis omnibus uirtutibus oportere cæteris antecellere. Præterea ſceptrum iuſtitiæ, & undecũq; incorru pti pectoris ſymbolum. Poſtremo pur-puram eximiæ cuiuſdam in remp. cha-ritatis indicium. Hæc geſtamina ſi prin ceps cum ſua uita cõferret, equidem fu turum arbitror, ut planè pudeſcat orna tus ſui, uereaturq; ne quis naſutus inter pres, totum hũc tragicum cultum, in ri ſum iocumq; uertat. Iam quid de proce ribus aulicis commemorem? quorũ ple riſq; cum nihil ſit addictius, ſeruilius, in ſulſius, abiectius, tamẽ omnium rerum primos ſeſe uideri uolũt. Hac una in re tamen modeſtiſſimi, quod cõtenti aurũ,

*Cultus principum.*

*Proceres aulici.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Meros Phæacas.) Phæacum rex erat Alcinous, apđ hos ueluti ſtupidos, prodigioſa quædam mentitur Vlyſſes Homericus. Sponſos Penelopes.) Nam hos Homerus nulli rei præterq̃ epulis, choreis, cātilenis, et Veneri ſtuduiſſe dixit. unde de procis loquens, ait:* αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο μνηστῆρες τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μέμηλε μολπή τ' ὀρχηστύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός. *i. Cæterū ubi potu ciboq; ſatiati fuerūt, proci, his qdem animo alia curæ fuerunt, cātus, ſaltatioq;. hæc enī ſunt*

gēmas, purpurā, reliquaq́; uirtutum ac ſapientiæ inſignia corpore circunferre, rerum ipſaꝝ ſtudium om̄e concedunt alijs. Hoc abunde felices ſibi uidentur, qđ regem herum uocare liceat, quod tribus uerbis ſalutare didicerint, quod norit ciuiles titulos ſubinde inculcare, ſerenitatem, dominationem, & magnificentiam. Quod egregie perfricuerint faciem, quod feſtiuiter adulentur. Nam hæ ſunt artes, quæ uere nobilem & aulicum deceant. Cæterum ſi uitæ rationem omnem propius inſpicias, nimirū meros Phæacas inuenies, ſponſos Penelopes, reli

reliquum carmen agnoſci tis, quod Echo uobis meli us referet quàm ego. Dormitur in medios dies, ibi ſacrificul' mercenarius ad lectum paratus, qui ꝓpemodum cubantibus adhuc ſacrum expedite pagat. Mox ad ientaculũ, quo uix peracto, iam interpellat prandium. Sub id alea, latrunculi, ſortes, ſcurræ, moriões, ſcorta, luſus, inficetiæ. Interim una aut altera merenda. Rurſũ cœna, poſt hanc repotia, non una ꝑ Iouem. Atq; ad hũc modum citra ullum uitæ tædiũ elabunt horæ, dies, menſes, anni, ſecula. Ipſa nonnunquam ſaginatior abeo, ſi quando uiderim illos μεγαλοῤῥῶντας, dũ inter nymphas unaquæq; hoc ſibi uidetur dijs propi

*ſunt additamenta cõuiuij.* Reliquum carmen) *Seqtur enĩ apud* Horatium: *Poſt ſpõſi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;.* Quod Echo.) *Nam huius ẽ extrema ſonare.* Repotia.) *A repotando dicta, ſic olĩ uocabant, uelut iteratas nuptias q̃ colebantur ali quot dieb' à ſpõſa tradita.* Qđ *hic ĩtelligi uult, uulgo uocãt bankettam.* Non una.) *Multitudinis numero.*

Repotia.

μεγαλοῤῥῶντας.) Id eſt *oſtentantes ſeſe.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Vtitur hoc uerbo Lucianus, de ijs loquens, q̃ faſtu quodam uiuãt. Dictum eſt à μεγάλον magnum, & ῥῆσις oratio, quod omnia magna loquantur, nihil plebeiũ. Galli quoq; uulgo uocant, la grande gorre. Quo Ioui.) Iouem uocat principem. Ac principũ quidem.) Quẽadmodum ſuperius non læſit bonos principes, ſed docuit quales ſint mali, & tamen nihil de turpibus factis procerum locutus eſt, ſed communia quædã & ridicula, mira moderatione recenſuit: ita nunc notat malos & indignos epiſcopos, quorum utinam minor eſſet numerus.

Epiſcopi.) Ἐπισκοπεῖν eſt inſpicere, & curã agere, proſpicereq; de neceſſarijs: & ἐπίσκοπος id eſt, inſpector & curator. Vnde ut Suidas ait: Οἱ παρ' ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις, ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις, πεμπόμενοι ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον. .i. Qui ab Atheniẽſibus in ſubiectas ciuitates ad inſpiciendũ ea q̃ à ſingulis agerẽtur

piſcopi.

pior, quo caudam longiorem trahit, dum procerum alius alium cubito protrudit, quo Ioui uicinior eẽ uideatur, dum ſibi quiſq; hoc magis placet, quo grauiorem catenam collo baiulat, ut robur etiã, non opes tantum oſtẽtent. Ac principũ qdẽ inſtitutũ, ſummi põtifices, cardinales, & epiſcopi

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pi iampridem gnauiter æmulantur, ac propè ſuperant. Porrò ſi quis ꝑpendat, quid linea ueſtis admoneat, niueo cādore inſignis, nempe uitam undiquaq; inculpatā. Quid ſibi uelit mitra bicornis, utrunq; faſtigium eodem cohibente nodo, puta noui pariť ac ueteris inſtrumēti abſolutam ſciētiam. Quid manus chirothecis communitæ, puram & ab omī rerum humanarum cōtagio immunem ſacramentorū adminiſtrationem. Quid pedum, nimirum crediti gregis uigilantiſſimam curam. Quid prælata crux, uidelicet omnium humanorum affectuum uictoriam. Hæc inquam, atq; id genus multa ſi quis perpendat, non´ne triſtem ac ſolicitam uitam egerit? At nunc belle faciunt, cum ſeſe paſcunt. Cæterū ouium curam aut ipſi Chriſto mandāt, aut in fratres (quos uocant) ac uicarios reijciunt. Neq; uel nominis ſui recordātur, quid ſonet epiſcopi uocabulum, nēpe laborem, curam, ſolicitudinem. Verum in irretiēdis pecunijs, plane epiſco



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pos agunt, οὐδ' ἀλαοσκοπιή. Ad eundem modum cardinales ſi cogitent ſeſe in apoſtolorum locum ſucceſſiſſe, eadem ab ipſis requiri, quæ illi præſtiterunt. Deinde nō dn̄os eſſe, ſed adminiſtratores ſpiritalium dotium, de quibus om̄ibus ſint paulo poſt exactiſſime reddituri rationem. Imò ſi uel in cultu pauliſp philoſophētur, atq; ita ſecū cogitent, quid ſibi uult hic ueſtit⁹ cādor? Nónne ſummam & eximiam uitæ innocentiā? Quid interior purpura? Non'ne flagrantiſſimū in deū amorem? Quid rurſus exterior ſinuoſa capacitate diffluēs, ac totam etiam reuerendiſſimi complectens mulam, quāquam una uel camelo contegendo ſuffecerit? Nōne

Cardinales.

tur, mitterētur, epiſcopi et cuſtodes uocabantur, quos Lacōes ἁρμοστὰς, id ē, congrue gubernātes uocabāt. οὐδ' ἀλαοσκοπιή) .i. neq; cæca ſpeculatio. Hemiſtichium ē Homericum. λάειν Græcis eſt uidere, unde κατὰ στέρησιν ἀλαὸς cæc⁹ dicitur. Suidas citat Homericū illud hemiſtichium οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε .i. non cæcā ſpeculationē habuit, qđ ait prouerbialiter dictū eſſe. Reuerēdiſſimi complecti.)



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ne charitatem latiſſime ſeſe pandentem ad ſubueniendum omnibus, hoc eſt, ad docendum, exhortandũ, conſolandum, increpandum, admonendum, cõponenda bella, reſiſtendum improbis principibus, & uel ſanguinẽ libenter impendendum gregi Chriſtiano, nõ ſolum opes. Quãquam quorſum omnino opes, pauperum apoſtolorum uicem gerẽtibus? Hæc ſi perpenderent inquam, nec eum locum ambirent, & libenter relinquerent, aut certe uitam plane laborioſam atq; ſolicitam agerẽt, cuiuſmodi ueteres illi uixerunt apoſtoli. Iam ſummi põtifices qui Chriſti uices gerunt, ſi conẽtur eiuſdẽ uitam æmulari, nẽpe paupertatẽ, labores, doctrinam, crucem, uitæ contemptum, ſi uel papæ .i. patris nomen, uel ſanctiſſimi cognomen cogitent, quid erit in terris afflictius? aut

quis

*cti.) Reuerẽdiſſimi uocantur cardinales, ueluti ꝓprio titulo, ſicut põtifices ſanctiſſimi. Et palliũ à mulæ frõte reuĩcitur ex more Romæ.*

*Si uẽ pap.) Olĩ oẽs epiſcopi papæ uocabãtur, hoc eſt, patres. Pappũ enĩ ueteres patrẽ uo*

r 5 ca-

*Summi põtifices.*

quis eum locum omnibus emat faculta
tibus? emptum, gladio, ueneno, omníq́
ui tueatur? Quantum hís abſtulerit cō-
moditatum, ſi ſemel inceſſiuerit ſapien-
tia? Sapiētia dixi? Imò uel mica ſalis illi
us, cuius meminit Chriſt⁹.
Tantum opum, tantum ho
norum, tātum ditionis, tan
tum uictoriaꝶ, tot officia,
tot diſpēſationes, tot uecti
galia, tot indulgentias, tan
tum equorum, mulorū, ſa-
tellitum, tantum uolupta-
tum. Videtis quantas nun
dinas, quantā meſſem, quā
tum bonoꝶ pelag⁹ paucis
ſim cōplexa. In quoꝶ locū
inducet uigilias, ieiunia, la
chrymas, orationes, cōcio-
nes, ſtudia, ſuſpiria, milleq́
id genus miſeros labores.
Neq́ uero negligēdum il-
lud, futurum ut tot ſcripto
res, tot copijſtæ, tot notarij
tot

*cabant.* Bonorū pelagus) *Græci immenſam bonorum copiā* θάλατταν ἀγαθῶν, *id eſt, mare bonorū, ſiue* σορὸν ἀγαθῶν *.i. aceruū bonorū uocāt.* Tot copijſtæ.) *Ad riſum imitatus eſt barbarū illorum uocabulū. Sic enī uocantur infimi ſcribæ, q̄ bullas quas uocāt, effingunt* Romæ.

Mulotribæ.) *Dictio compoſita è Græca uoce & la*

*Curia Romana.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tot aduocati, tot promotores, tot ſecretarij, tot mulotribæ, tot eqſones, tot menſarij, tot lenones, penè mollius quiddam addideram, ſed uereor ne durius ſit auribus. In ſumma, tã ingens hominũ turba, quæ Romanã ſedẽ onerat, lapſa ſum, honorat ſentiebã, ad famã adigetur. Inhumanum quidem hoc et abominandum facinus, at multo magis deteſtandũ, ipſos etiam ſummos eccleſiæ principes, ac uera mundi lumina, ad peram & baculum reuocari. At nunc ferè ſi quid laboris eſt, id Petro & Paulo relinquunt, quibus abunde ſatis eſt otij. Porrò ſi qd ſplẽdoris aut uoluptatis, id ſibi ſumunt. Atq; ita fit mea quidem opera, ut nullum penè hominũ genus uiuat mollius, minusq; ſolicitum, ut qui abũde Chriſto ſatisfactum exiſtimẽt, ſi myſtico ac penè ſce

*& Latina, ſignificãs eos q curãt mulos. Tot lenones.) Significare uidetur puerorũ obſcœnos amores, cum addit, mollius quiddã. Vera mũdi lumĩa) Et hoc feſtiuius ẽ imitatione. Sic enĩ canitur de apoſtolis in hymno ſacro.*

*Ad Virtutes apoſtolicæ.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſcenico ornatu, ceremōĳs, beatitudinū, reuerētiarum, ſanctitatum titulis, & benedictionibus, ac maledictionibus epiſcopos agāt. Priſcum & obſoletum, nec horum omnino temporū, miracula edere: docere populum, laborioſum: ſacras interp̄tari literas, ſcholaſticū: orare, otioſum: lachrymas fundere, miſerum ac muliebre: egere, ſordidū: uinci, turpe, parumq́ dignum eo ꝙ uix reges etiā ſummos, ad pedū beatorum admittit oſcula: deniq́, mori inamabile: tolli ī crucem, infame. Reſtāt ſola hæc, arma ac bn̄dictiones dulces, quarum meminit Paulus. atq́ harum quidē ſane quàm benigni, interdictiones, ſuſpenſiones, aggrauationes, redaggrauationes, anathematizationes, ultrices picturæ, ac fulmē illud terrificum, quo ſo

lonu

*Ad pedū beatorum.) Id quoq; gratiā habet ex imitatione.*

*Quarum meminit Paul) Eſt ī epiſtola ad Romanos capit. 16. Qui p̄ dulces ſermones et benedictiones ſeducunt corda innocentium. Vltrices picturæ.) Proponuntur enim Romæ picti in linteis, q̄maxime odioſa ſpecie, quos excommūicatos*

*oſten*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana).

*oſtẽdunt. Ipſe ſedet furioſo uultu, utrinq; cacodæmones flammeam imponunt coronam, ignis ſub pedibus, inſcriptiones horrendæ. & tamen illi nec tantulum commouẽtur. ô hominum duritiem. Admonendus eſt iterũ lector, ne quis ſit tam iniquus interpres, ut hæc putet ad pontificum cõtumeliam pertinere. Non enim ſimpliciter hæc reprehẽdit, ſed eos taxat, qui omnibus illis omiſſis, quæ uera pontificũ ſunt officia, ſanctimonia, doctrina, & cæteris quæ recẽſuit, hæc ſola ſibi reſeruant, hiſq; ipſis utũtur non ad ſalutem animarum, ſed ad pecuniarum accumulationem. Id palàm indicat, cum ait, Reſtãt ſola hæc. Et uides quàm ubiq; temperat à fœdis. Alioqui ſi malos pontifices & cardinales, ſuis pingere coloribus uoluiſſet, norũt hi qui Romæ uixerũt, quas fabulas potuerit ĩ medium adducere. Verũ ne qđ mali faciunt, id à ſtultis conferatur in bonos, ob honorẽ Chriſtiani nõis reticuit. Qui inſtigante diabolo) Et hoc* μιμητικῶς *dicitur.*

lo nutu mortalium animas uel ultra tartara mittunt. Quod ipſum tamẽ ſanctiſſimi in Chriſto patres, & Chr̃i uicarij, in nullos torquent acrius, quàm in eos qui inſtigante diabolo, patrimonia Petri minuere atq; arrodere conãtur. Cuius cum hæc uox ſit in euangelio, Reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, tamẽ huius

Nam

Nam his uerbis utuntur in ſuis bullis, ut uocant. Zelo Chriſti.) μιμητικῶς & hoc, & belle coniunxit contraria. Eſt autem zelus, ut Ammonius ait, ἡ δι᾽ ἐπιθυμίαν μίμησις γινομένη δοκοῦντος τινὸς καλοῦ, .i. per deſiderium imitatio facta alicuius, quod uidetur bonum. Eſt etiam zelus, λύπη ἐπ᾽ ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, οἷα καὶ ἑαυτῷ τις ἐπιθυμεῖ περιποιῆσαι, .i. dolor propter aliena bona, qualia quis ſibi acquirere ſtudet. Et ſilẽtio.) Quia nõ docent q̄d ſit Chriſtus, & q̄d ſit eẽ Chriſtianum.

Quæſtuariis legibus.) Cuiuſmodi ſunt non paucæ, quæ quæſtũ olẽt magis, q̃ pietatẽ. Chriſtus ſpiritalis eſt, ubi ſpiritus, ut Apoſtolus ait, ibi libertas. Iſti legibus hoc agũt, ut populũ habeant obnoxium. Qui

quo

Hæc de impĳs põtificibus dicta ſunt, nõ de pĳs.

ius patrimonium appellãt agros, oppida, uectigalia, portitoria, ditiones. Pro q-bus dum zelo Chriſti accẽſi, ferro igniq; dimicãt, nõ abſq; plurĩo Chriſtiani ſanguinis diſpendio, tum demum eccleſiã Chriſti ſpõſam ſeſe credunt apoſtolice defendere, fortiter ꝑfligatis (ut uocant) hoſtibus. Quaſi uero ulli ſint hoſtes eccleſiæ ꝑnicioſiores, q̃ impĳ pontifices, ꝗ & ſilentio Chriſtum ſinunt aboleſcere, & quæſtuarĳs legibꝰ al

alli

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*quo magis perplexus eſt, hoc plus lucri redit ad Romanam curiam, ex litibus, ex diſpenſationibus, ex donationibus. Verus Christi uicarius nihil ſpectat niſi lucrum*

ligant, & coactis interpretationibus adulterāt, & peſtilēte uita iugulāt. Porrò cū Chriſtiana eccleſia ſanguine ſit condita, ſanguine cōfirmata, ſanguine aucta, nunc perinde quaſi Chriſtus perierit, ꝗ more ſuo tueatur ſuos, ita ferro rem gerunt. Cumq́ꝫ bellum res ſit adeo immanis, ut feras nō homines deceat, adeo inſana, ut poetæ quoqꝫ fingant à furijs immitti, adeo peſtilens, ut uniuerſam morum luē ſimul inuehat, adeo iniuſta, ut à peſſimis latronibus optime ſoleat adminiſtrari, adeo impia, ut nihil cohæreat cum Chriſto, tamen omnibus omiſſis, hoc

tan

*pietatis. A furijs) Vt apd̄ Maronem Aeneidos ſeptimo, Gorgoneis Alecto infecta uenenis, bellum excitat īter Aeneam & Turnum. Omnibus omiſſis.) Vides optie lector, ut ubiq; circunſpecte loquutus eſt. Non reprehēdit quod bellant pontifices, quod iure reprehendi poterat in omnibus etiam Chriſtianis, mea quidem ſentētia, ſed eos damnat, qui cæteris omnibus omiſſis, ſolum id agūt,*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*agunt, qđ eſt oĩum peßimum.*

*Decrepitos ſenes) Videtur ſignificare Iulium .II. qui tales tumultus excitauit in mundo, ut nemo uere pius et Chriſtian⁹ poſſit abſq; gemitu meminiſſe. Videbũtur alicui fortaſſis hæc dicta liberius. Verũ ſi q̃s rem penitus noſſet, fateretur modeſtiſſime dicta.*

*Suo*

tantum agunt. Hic uideas etiam decrepitos ſenes, iuuenilis animi robur præſtare, nec offendi ſumptibus, nec fatigari laboribus, nec deterreri quicquã ſi leges, ſi religionem, ſi pacẽ, ſi res humanas om̃eis ſurſum ac deorſum miſceãt. Neq; deſunt adulatores eruditi, q̃ iſtam manifeſtariam inſaniam, zelũ, pietatem, fortitudinem appellent, excogitata uia, qua fieri poteſt, ut q̃s letale ferrũ ſtringat, adigat' q; in fratris ſui uiſcera, manente nihilominus charitate illa ſumma, quam ex Chriſti præcepto debet proximo Chriſtianus. Equidẽ ĩcerta ſum adhuc, utrũ his rebus exemplum dederint, an potius hinc ſumpſerint epiſcopi quidã Germanorum, qui ſimplicius, etiam omiſſo cultu, omiſſis benedictionibus, aliĳsq; id

ge

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

genus ceremonijs, plane ſatrapas agſit, adeo ut propemodum ignauum, parumq́ꝫ decorum epiſcopo putẽt alibi q̃ in acie fortem animam deo reddere. Iamuero uulgus ſacerdotum, nefas eſſe ducens à præſulum ſuorum ſanctimonia degenerare, euge quàm militariter pro iure decimarum, enſibus, iaculis, ſaxis, omniq́ꝫ armorũ ui belligerantur? quàm hic oculati, ſi quid ex ueterum literis poſſint elicere, quo plebeculam territent, & plus quàm decimas deberi cõuincant? At interim non uenit in mentem, quàm multa paſſim legãtur de officio, quod illi uiciſſim præſtare populo debeãt. Nec ſaltem admonet eos uertex raſus, ſacerdotem omnibus huius mundi cupiditatibus liberum eſſe oportere, neqꝫ quicquã niſi cœleſtia meditari. Sed homines ſuaues, ſe ſuo officio probe pfunctos aiunt, ſi preculas illas ſuas utcũqꝫ permurmurarint, quas mehercule demiror, ſi quis deus uel au-

*Sacerdotes priuati.*

*Suo officio.) Sic enĩ interpretantur illud, propter officiũ datur beneficium,*

di ſ quaſi

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

diat, uel ĩtelligat, cum ipſi ferè nec audiant, nec intelligant, tũ cum eas ore perſtrepunt. Verum hoc quidem ſacerdotibus eſt cum prophanis cõmune, ut ad emolumenti meſſem uigilẽt omnes, neq; quiſquam ibi leges ignoret. Cæterũ ſi quid ſarcinæ, id prudenter in alienos humeros reijciunt, et alijs alij tanquam pilam per manus tradũt. Siquidem laici quoq; principes, quemadmodum partes adminiſtrandi regni uicarijs delegant, & uicarius item uicario tradit, ita pietatis ſtudiũ om̃e plebi modeſtiæ cauſa relinquunt. Plebs in eos reijcit, q̃s eccleſiaſticos uocant, pinde quaſi ipſis cũ eccleſia nihil oĩno ſit commercij, quaſi bapti

*quaſi utcunq; dicere preculas, ſit totum ſacerdotis officiũ, cũ ea pars ſit oĩm ĩfima, & laicorum potius q̃ ſacerdotum.* Nec qſq̃ ibi leges ignor.) *Vt de decimis, de oblationibus, de iure plebani, et presbyteri duplici honore digni ſunt* Et q al*tari ſeruit, de altari uiuat.* Mo*deſtiæ cauſa)* Iro*niam habet.*

Quos eccleſi*aſticos.)* Omnes *Chriſtiani pertinent ad eccleſiã, cuius miniſtri ſunt ſacerdotes.* Omnes Chriſtia*ni religioſi ſunt,*

*aſtri-*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ptiſmi uotis nihil prorſus ſit actũ. Rurſum ſacerdotes qui ſeſe uocãt ſeculares, quaſi mundo initiati, non Chriſto, in regulares onus hoc deuoluunt, regulares in monachos, monachi laxiores in arctiores, omnes ſimul in mendicantes, mẽdicantes in Carthuſienſes, apud quos ſolos ſepulta latet pietas, & adeo latet, ut uix unquam liceat conſpicere. Itidem pontifices in meſſe pecuniaria diligẽtiſſimi, labores illos nimium apoſtolicos, ĩ epiſcopos relegãt, epiſcopi in paſtores, paſtores ĩ uicarios, uicarĳ in fratres mendicantes. Hi rurſum in eos retrudunt, à quibus ouium lana tondetur. Verum nõ eſt huius inſtituti, pontificum ac ſacerdotum uitam excutere, ne cui uidear ſatyram texere,

*aſtricti uoto ĩ baptiſmo, renuntiantes mundo, ſatanæ, et pompis eius. Quo uoto non aliud poteſt eſſe ſanctius, niſi quod iam cõſuetudine ſic uiluit, ut non habeat ur pro uoto. In Carthuſienſes.) Multum tribuit huic ordini, ſubſignificans tamẽ plus apud hos eſſe ceremoniarũ, quàm ueræ pietatis. Id qđ fatentur & hi, qui ĩter hos ſunt cordatiores.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Dum malos laudo.) Mira facetia inuertit. malos uocat quos laudauit, hoc eſt, uituperauit hactenus. Nam à ſtultitia laudari, uituperari eſt.

Rhãnuſia. Ipſa etiam Rhamnuſia.) Rhamnuſia dea eſt indignationis, quam Græci Νέμεσιν uocant, ſic dicta à Rhamnunte, Atticæ pago, ubi colebatur, quæ ſuperbos alioſq; contemnentes (qualis fuit Narciſſus) punire credebatur. Vnde illud quod Suidas citat, οὐκ ἔλαθε τὴν ἅπασιν ἐναντιουμένην τοῖς ὑπερηφάνοις νέμεσιν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἰδίαις ἠναγκάσθη παιδευθῆναι συμφοραῖς, παρῆν δὲ ἡ νέμεσις, ἡ τὰ γῆς ἐποπτεύει. i. Non latuit omnibus contrariam ſuperbis Nemeſim, ſed in proprijs coactus fuit diſcedere ærumnis. Aderat autem Nemeſis, quæ ea quæ in terris ſunt uidet. Hic Rhamnuſiam ipſam dicit fortunam, quæ ſtultis fauere dicitur. Vnde uulgato ꝓuerbio dicunt, quo quiſq; ẽ ſtultior, hoc eſt fortunatior. Cõtrà, ſapiẽtibus Rhamnuſia ſempꝑ fuĩt inimica. Hinc Sotades uidẽs ſapientes oẽs triſtẽ ſe

nõ encomium recitare, ne'ue qs exiſtimet bonos principes à me taxari, dum malos laudo. ſed hæc ideo paucis attigi, q̃ palã fieret, nullum eſſe mortalem qui ſuauiter uiuere poſſit, niſi meis initiatus ſit ſacris, me'q; propitiam habeat. Nam id quo pacto fieri queat, cum ipſa etiam Rhamnuſia, rerum

fere habuiſſe exitum, indignatus ſcripſit, Σωκράτην ὁ κόσμος πεποίηκε σοφὸν εἶναι, καὶ κακῶς ἀνεῖλε τὸν Σοκράτην ὁ κόσμος. Εν τῇ φυλακῇ κώνειον ὅτι πιὼν, τέθνηκεν. πουλύποδα φαγὼν ὁ Διογένης ὠμὸν τέθνηκεν. Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπιπέπτωκε χελώνη. Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς, πνιγεὶς τέθνηκε. κύνες οἱ κατὰ Θράκην Εὐριπίδην ἔτρωγον. τὸν θεῖον ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν. i. Socratem mundus fecit ſapientē eſſe. Et male ſuſtulit Socratē mundus. In carcere cicutā, quoniā bibens, mortuus eſt. Polypedē comedens Diogenes crudū, mortuus eſt. Aeſchylo ſcribēti incidit teſtudo. Sophocles acinum comedens uuæ, ſuffocatus perijt. Canes Thracij Euripidē uorauerunt. Diuinū Homerū fames confecit.

Timotheum.) Hic dux erat Athenienſium, longe omnium fortunatiſſimus, de quo Suidas ſic ſcripſit: ἐποίουν τε αὐτὸν ἐν ταῖς εἰκόσιν οἱ ζωγράφοι κοιμώμενον, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις, καὶ περιθοῦντα αὐτὰς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ, ἀλαζονευόμενος δὲ ἐπεὶ εὐτυχίᾳ ὁ Τιμόθεος, ἔφη αὐτοῦ εἶναι μᾶλλον, ἢ τῆς τύχης τὰ κατορθώματα. διὸ καὶ ἠτύχησεν ὕστερον, νεμεσησάσης αὐτῷ τῆς τύχης. i. Finxerūt ipſum in imaginibus pictores dormientem, & fortunas ferentes ipſi in retia ciuitates, & populantē eas, innuentes felicitatem ipſius: Superbiēs autem propter bonam fortu

Timothe'

f 3 nam

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rum, humanarum fortunatrix, mecum adeo conſentiat, ut ſapientibus iſtis ſemper fuerit inimiciſſima? cōtrà, ſtultis etiam dormiētibus om̄ia commoda adduxerit? Agnoſcitis Timotheum illum, cui hinc etiā cognomē, & ꝓuerbiū ἡ εὕδοντος κύρτος αἱρεῖ. Rurſum aliud γλαὺξ ἵπταται. Contrà, in ſapientes quadrāt illa, ἐν τετράδι γεννηθέντες, & equum habet Seianū, & aurū To-

lo

*nā Timotheus, dixit ipſius magis q̃ fortunæ eſſe egregie facta. Quocirca infelicior euaſit poſtea, īdignāte ipſi fortuna.* ἡ εὕδοντος κύρτος αἱρεῖ.) *.i. dormientis rete capit.* Hoc *ꝓuerbiū quadrat in eos, quibus citra laborē et conatū, oīa quæ cupiūt eueniūt.* Na*tum ab ipſo Timotheo, q̃ uulgo* εὐτυχὴς *.i. felix cognominatus eſt, quod fortunatior q̃ prudentior haberetur.*

γλαὺξ ἵπταται.) *.i.* Noctua uolat. *Noctua ſacra eſt Mineruæ. Ea dicta eſt Athenienſiū male conſulta in bonum uertere exitum, unde prouerbium Noctua uolat.*

ἐν τετράδι γεννηθέντες.) *.i. Quarta luna nati, prouerbium eſt in eos, qui ex duriſſimis laboribus quibus alijs proſunt, ipſi nihil fructus capiunt, quod Hercules hac luna natus feratur.* Equum habet Seianum)

Vtrū

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Vtrunq; prouerbium dicebatur de extremo infortunio, unde natum ſit explicat A.Gellius.* παροιμιάζεσθαι) *Id eſt, prouerbiari, ſiue prouerbijs uti.*

loſanum. Sed deſino παροιμιάζεσθαι, ne uidear Eraſmi mei commētaria ſuppilaſſe. Ergo ut ad rē, Amat fortuna parũ cordatos, amat audaciores, & quib⁹ illud placet πᾶς ἐρρίφθω κύβος. At ſapiētia timidulos reddit, ideoq; uulgo uidetis ſapiētib⁹ iſtis cum paupertate, cum fame, cũ fumo rem eſſe: neglectos, inglorios, inuiſos uiuere: ſtultos affluere nũmis, admoueri reipublicæ gubernaculis: breuiter, florere modis oĩbus. Etenim ſi quis beatum exiſtimet, principibus placuiſſe uiris, & inter meos illos ac gēmeos deos uerſari, q̄d inutilius ſapiētia? imò q̄d apud

Suppilaſſe.) *Id eſt, furti uſurpaſſe. Neminem nominatim taxauit, præter ſe ipſum. Quid potuit modeſtius?*

πᾶς ἐρρίφθω κύβος.) *Id eſt, omnis iacta ſit alea. Id Cæſar dixit, Rubiconem tranſiturus, ſignificās ſe rem omnem ſemel piclitari uelle.* Principibus placuiſſe.) *alluſit ad illud Horatianũ, Pricipibus placuiſſe uiris, nõ ultĩa laus eſt.* Ac gēmeos deos.) *Significat (ni fallor) p̱ce-*

*Ad oĩa utilior ſtultitia. Id mira īductione p̱bat.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

apud hoc hominum genus damnatius? Si diuitiæ parãdæ ſunt, quid tandem lucri facturus eſt negotiator, ſi ſapientiam ſecutus, periurio offendetur? ſi in mẽdacio deprehenſus, erubeſcet? ſi anxios illos de furtis atq; uſuris ſapientum ſcrupulos, uel tãtuli faciet? Porro ſi quis honores, atq; opes ambit eccleſiaſticas, ad eas uel aſinus uel bubalus citius penetrabit quàm ſapiens. Si uoluptate ducaris, puellæ (maxima hui⁹ fabulæ pars) ſtultis toto pectore ſunt addictæ, ſapientem haud ſecus ac ſcorpiũ horrent fugiũtq;. Deniq;, quicunq; paulo feſtiuius ac lætius uiuere parant, ſapientem in primis excludunt, ac quoduis animal potius admittunt. Breuiter, q̊quò te uertas, apud pontifices, principes, iudices, magiſtrat⁹, amicos, hoſtes, maxĩos, minimos, oĩa præſentibus nummis parãtur: quos uti contemnit ſapiẽs, ita illum ſedulo fugere conſueuerunt, Sed cum laudum mearum

*ceres aulicos gẽmis inſignes.*

*Quoduis aĩal.) ꝓquouis hoĩe, et emphaſim habꝫ.*

οὐ

*Laus ſtultitiæ ex autoribus.*

rum nullus ſit modus, neq; finis, tamen oratio aliquando finem habeat neceſſe eſt. Itaq; deſinã dicere, ſed ſi prius oſten dero paucis, nõ deeſſe magnos autores, qui me literis ſuis pariter ac factis illu- ſtrarint, ne cui forte ſtulte mihi ſoli ui- dear placere, néue legulei calumnient me nihil allegare. Ad ipſorum igitur ex emplum allegabimus, hoc ẽ, οὐδὲν πρὸς ἔπος. Principio illud om̃ibus uel notiſſimo prouerbio perſuaſum eſt, ubi res abeſt, ibi ſimulatio nem eſſe optimam. Eoq́; re cte ſtatim traditur hic uer ſus pueris: Stultitiã ſimu- lare loco ſapientia ſumma eſt. Vos iam ipſi conijcite, quàm ingens ſit bonũ ſtul titia, cuius etiam fallax um bra & imitatio ſola, tãtum laudis meretẽ à doctis: Sed multo cãdidius pĩguis ille ac nitid' Epicuri de grege

*οὐδὲν πρὸς ἔπος.) i. nihil ad uerſum, prouerbiũ ẽ, idẽ pollens, qđ nihil ad rẽ. Eſt apđ Ariſtophanẽ. Vbi res abeſt.) In his plane luſit ingenio, & partĩ iocoſis argumentis, partim detortis, qđ uult colligit. De grege porcus) Ita Flaccus de ſe ĩ epiſtolis: Me pinguem*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

porcus, miſcere ſtultitiam conſilijs iubet, tametſi breuem nõ admodum ſcite addidit. Item alibi, Dulce eſt deſipere in loco. Rurſum alio ĩ loco, Mauult delirus inersq; uideri, quàm ſapere & ringi. Iã apud Homerum Telemachus, quẽ modis omnibus laudat Poeta, ſubinde νήπιος appellatur, atq; eodem ꝓnomine tanq̃ felicis ominis libenter pueros & adoleſcentes uocare ſolent tragici. Quid aũt ſacrum Iliadis carmen, niſi ſtultorum regum & populoꝝ cõtinet iras? Porro quàm abſoluta laus illa Ciceronis? Stultorum plena ſunt oĩa. Quis enim ignorat, unumquodq; bonum, quo latius patet, hoc eſſe ꝓſtãtius? Atq fortaſſis apud Chri

*& nitidum bene curata cute uiſes, Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.*

*Miſcere ſtultitiam.)* Idem in Odis: *Miſce ſtultitiã cõſilijs breuem.* *Dulce eſt.)* Eſt & hoc in Odis. *Νή πιος.)* Duo ſignificat Græcis νήπιος, puerum admodũ, ſiue parum prudẽtem, qđ pueri ꝑ ætatem nondum ſapere poßit. Quocirca apte Græci eos νηπίους dicunt, quos Hebræi uocant, עללוים.

*Stultorum regum)*

*gum.*) *Eſt in epiſtolis Horatianis.* Fundemus.) *Obiter taxat uerbum theologis familiare, ſed non perinde probatum atq; uſitatum.* Denuo Muſas.) *Quoniam antè iam inuocauit.* Res ſit alienior.) *.i. parum apta muſis, cum magis ad theologos pertineat.* Hyſtrice Hyſtrix.

Chŕianos hoꝝ leuis eſt autoritas: ꝑinde ſacraꝝ quoq; literaꝝ teſtimonijs, ſi uidet, laudes nr̃as fulciam⁹, ſiue (ut docti ſolẽt) fundemus. prĩcipio ueniã à theologis p̃fatæ, ut nobis fas eſſe uelint: deiñ, quoniam arduam rem aggredimur, & fortaſſis improbum fuerit, denuo Muſas ex Helicone ad tãtum itineris reuocare, præſertim cũ res ſit alienior, fortaſſe magis cõueniet optare, ut interĩ dũ theologum ago, ꝑq; has ſpinas ingredior, Scoti aĩa pauliſp ex ſua Sorbona in meũ pect⁹ demigret, q̊uis hyſtrice

*ſpinoſior.*) *Hyſtrix aĩal eſt de genere erinaceorum, ſpinis aculeatũ, quas mittit iaculi ritu. Plinius lib.8. Hyſtrices (inqt) generat India et Africa, ſpina contectas ex erinaceorũ genere, ſed hyſtrici lõgiores aculei, & cũ intẽdit cutẽ, miſſiles. Ora urgentiũ figit canũ, & paulo longius iaculatur. Hybernis aũt ſe menſibus condit quẽadmodũ urſæ reliquaq; oĩa, ut au*

at

*ut autor eſt Ariſtoteles libro de natura animalium ſe-
xto, ꝑinde ut urſa facit.* ἐς κόρακας.) Id *eſt, in cor
uos, hoc eſt, in malam rem.* Extat in prouerbijs Græco-
*rum, & explicatur in Chiliadibus* Eraſmi. Ficulnus
*etiam.)* Talē fin
xit Horatius ĩ ſa
tyra, Olim trun-
cus erã ficulnus
inutile lignum.

Græcas uo-
ces.) Extat ridi-
culum epigram-
ma inter Priape
ia. Quo fingitur
Priap⁹ horti cu-
ſtos uerba quæ-
dam Græca ſub-
notaſſe, domĩo le
gēte Homerum,
ſed deprauate. In
itiũ huius ē, Ru-
ſticus indocte, ſi
cui forte libeat ĩ
ſpicere. Nã eſt ꝑ
quàm obſcœnũ.

Gallus Luci-
anicus.) Eſt ĩ di
alo

atque erinaceo ſpinoſior,
moxq́ remigret q̃ lubebit,
uel ἐς κόρακας. Vtinã & uul
tũ aliũ liceat ſumere, & or
natus adſit theologic⁹. Ve
rum illud interĩ uereor, ne
qs me furti ream agat, qua
ſi clanculum magiſtrorum
noſtrorum ſcrinia compi-
lauerim, quæ tantũ rei the
ologicæ teneã. Sed nõ ad-
eo mirũ uideri debet, ſi tam
diutina (quæ mihi arctiſſi-
ma eſt cum theologis) con
ſuetudine nõnihil arripui,
cum ficulnus etiam ille de
us Priapus, nõnullas Græ
cas uoces, legēte domino,
ſubnotarit tenueritq́. Et
gallus Lucianicus lõgo ho
mi

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

minum conuictu ſermonem humanum expedite calluerit. Sed iam ad rem bonis auibus. Scripſit Eccleſiaſtes capit. I. Stultorum infinitus eſt numerus. Cum numerum prædicat infinitum, non'ne mortaleis uniuerſos cōplecti uidetur, præter pauculos aliquot, quos haud ſcio, an cuiquam uidere cōtigerit? Sed magis īgenue confitetur hoc Hieremias capite decimo: Stultus (inquiens) factus ē omnis homo à ſapientia ſua. Soli deo tribuit ſapientiā, uniuerſis hominibus ſtultitiam relinquēs. Ac rurſum paulo ſuperius: Ne glorietur homo in ſapiētia ſua. Cur nō uis hominem in ſua ſapientia gloriari optīe Hieremia? Nimirum (inquiet) ob id, quia non habet ſapiētiam. Sed ad Eccleſiaſten redeo. Hunc

*alogo quē modo citauimus. Bonis auibus.) Prouerbiale ē, cū rē feliciter cedere ſignificamus, ſicut malis auibus dicimus, cū res ī feliciter cedit. Sumptū autem ē ab augurum obſeruatiōe. Capite primo) Tacite ridet quorūdam morem, qui nunquam non citant, atq; id præclarum putāt, ſi noīent partē, diſtinctionem, capitulū, paragraphum, columnā, deni-*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Hunc, cum exclamat Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, quid aliud ſenſiſſe creditis, niſi quemadmodũ diximus, uitam humanam nihil aliud quàm ſtultitiæ ludicrum eſſe? nimirũ Ciceronianæ laudi album addẽtem calculũ, cuius optimo iure celebrat̃ illud, qđ modo retulimus, Stultorũ plena ſunt omnia. Rurſum ſapiens ille Eccleſiaſticus, qui dixit, Stultus mutat̃ ut luna, ſapiens permanet ut ſol, qd aliud ĩnuit, niſi mortale genus omne ſtultũ eſſe, ſoli deo ſapiẽtis nomen cõpetere? Siquidẽ lunam humanam naturam interpretantur, ſolem omnis luminis fontem, deum. Huic aſtipulatur quod ipſe Chriſtus in euãgelio negat, quẽ-

quam

*denique uerſum. Album addẽtem calculum.) Id eſt, approbantem. Græcis prouerbio dicitur,* λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, *id ẽ album calculum addere, ꝓ comprobare. Lucianus in Apologo,* οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ ψῆφον, καὶ πλήρη μοι ἐπενεχθῆναι, *Id eſt, Haud abs re reducens album à te calculum, et plenum mihi inferri. Vnde Græci ſimplici uerbo dicunt,* ἐπιψηφίζειν, *ꝓ cõpro-*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quam appellandum bonum, niſi deum unum. Porrò ſi ſtultus eſt, quiſquis ſapiens non eſt, & quiſquis bonus, idem ſapiens autoribus Stoicis, nimirum mortales omneis ſtultitia complectatur neceſſum eſt. Iterum Salomon capite decimoquinto: Stultitia (inquit) gaudium, ſtulto uidelicet manifeſte confitens, ſine ſtultitia nihil in uita ſuaue eſſe. Eôdem pertinet illud quoq;: Qui apponit ſcientiam, apponit dolorem, & in multo ſenſu multa indignatio. An non idem palā confitetur egregius ille concionator capite ſeptimo? Cor ſapientum, ubi triſtitia eſt: & cor ſtultorū, ubi lætitia. Eo' q; non ſatis habuit ſapientiam perdere, niſi noſtri quoq; cognitionem addidiſſet. Quod ſi mihi parum habetur fidei, ipſius accipite uerba, quæ ſcripſit capite. I. Dediq́; cor meum, ut ſcirē prudentiam atq; doctrinam, erroresq́; & ſtultitiam. Quo quidem loco illud animaduertendum, ad ſtultitiæ laudem pertinere, qđ eam poſteriore poſuit loco. Eccleſiaſtes
ſcri

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſcripſit, & hunc ſcitis eſſe ordinem eccle ſiaſticum, ut qui dignitate primus ſit, is locum obtineat extremũ, uel hic certe memor euangelici præcepti. Sed ſtultitiam præſtantiorem eſſe ſapientia, & Eccleſiaſticus il le quiſquis fuit, liquido teſtatur, capit. XLIIII. cuius mehercle uerba non prius proferam, quàm εἰσαγωγὴν meam commoda reſponſione adiuueritis, ut faciunt apud Platonẽ hi, qui cum Socrate diſputãt. Vtra magis cõuenit recõdere, quæ rara ſunt & p̃tioſa, an quæ uulgaria uiliaq; ? Quid tacetis? Etiam ſi uos diſſimuletis, ꝓuerbium illud Græcorũ pro uobis reſpondet, τὴν ἐπὶ θύραις ὑδρίαν, qđ ne quis impie reĳciat, refert Ariſtoteles Magiſtroꝶ noſtro

εἰσαγωγὴ, ꝓbare. εἰσαγωγὴν meam.) εἰσαγωγὴ, id eſt, inductio. Genus eſt argumentationis, cũ ex ſimilibus cõceſſis colligitur id qđ uolumus. Frequẽs eſt in hoc Socrates Platonicus, ſed aduerſarium commode reſpõdentem facit, id quod notat etiã Quintilianus.

τὴν ἐπὶ θύραις ὑδρίαν.) i. in oſtijs hydriam. Refertur in Rhetoricis. Hydria ceu res uilis relinquitur in oſtio, ſed pretioſa re-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtroꝝ deus. An quiſquam ueſtrum tam
ſtultus eſt, ut gemmas & aurũ in uia re-
linquat? non hercle opinor. In abditiſſi-
mis penetralibus, nec id ſatis, in munitiſ
ſimorum ſcriniorum ſecretiſſimis angu
lis iſta reponitis, cœnũ in propatulo re-
linquitis. Ergo ſi quod pretioſius eſt re-
conditur, quod uilius exponitur, nónne
palàm eſt, ſapientiam quam uetat abſcõ
di, uiliorẽ eſſe ſtultitia quam recondi iu
bet? Iam ipſius teſtimonij uerba accipi-
te: Melior eſt homo qui abſcondit ſtulti
tiam ſuam, quàm homo qui abſcõdit ſa
pientiam ſuam. Quid, quod animi quo-
q; candorem diuinæ literæ ſtulto tribu-
unt, cum ſapiẽs interim neminem ſui ſi
milẽ putet. Sic enim intelligo id quod
ſcribit Eccleſiaſtes capite decimo: Sed
& in uia ſtultus ambulans, cum ipſe in-
ſipiens ſit, oẽs ſtultos exiſtimat. An non
iſtud eximij cuiuſdam cãdoris eſt, omẽs
æquare tibi ipſi? cumq́; nemo non ma-
gnifice de ſe ſentiat, omnibus tamen tu
as cõmunicare laudes? Proinde nec pu-



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

duit tantum regem huius cognominis, cum ait capi- te trigeſimo: Stultiſſimus ſum uirorum. Neq; Paulus ille gētium doctor, Corin thijs ſcribens, ſtulti cogno men illibēter agnoſcit: Vt inſipiēs (inquit) dico, plus ego, perinde quaſi turpe ſit uinci ſtultitia. Sed interim obſtrepunt mihi Græculi quidam, qui tot huius tem poris theologorū, ceu cor- nicum oculos ſtudent con figere, dum annotatiões ſu as, ueluti fumos quoſdā ali is offundūt, cuius gregis ſi non Alpha, certe Beta me us eſt Eraſmus, quem ego ſæpiꝰ honoris cauſa nomi- no. O uere ſtultam, inqui- unt, & ipſa dignam Moria citationem. Longe diuerſa mens Apoſtoli quàm tu ſō

mni

*ſa reponuntur.*

*Cornicū ocu los cōſigere) Pro uerbio dicuntur cōſigere cornicu larum oculos, q nouo quopiā in- uēto efficiūt, ut priores nihil ſa- pe uideantur, ut copioſius expli- cat in Chiliadib. ſuis Eraſmus.*

*Alpha, certe Beta.) Alpha, id ē, primus, et Be- ta, ſecundus. qđ α apud Græcos prima ſit litera, β ſecunda. Aper te rurſus iocatur in ſeipſum, allu- dens ad hoc, qđ ſcripſit annotati ones ī nouum te- ſtamentum, & ī opa diui Hiero-*

*nymi*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mnias. Nec enim hoc agit his uerbis, ut cæteris ſtultior haberetur, uerũ cum dixiſſet, Miniſtri Chriſti ſunt, & ego, ſeq; ueluti iactabũdus in hac quoque parte æquaſſet cæteris, per correctionem adiecit, Plus ego, ſentiens ſe non modo parẽ reliqs apoſtolis in euangelij miniſterio, uerumetiam aliquãto ſuperiorem. Idq; cum ita uerum uideri uellet, ne tamẽ ut arrogantius dictum offenderet aures, ꝓ muniit ſtultitiæ prætextu: Vt minus ſapiens dico, propterea quod diceret eſſe ſtultorum priuilegium, ut ſoli uerum citra offenſam proloquantur. Verũ quid Paulus ſenſerit cũ hæc ſcriberet, ipſis diſputãdum relinquo. Ego magnos, pingues, craſſos, & uulgo probatiſſimos theologos ſeqr, cum qbus magna pars doctorũ errare νὴ τὸν δία malit, quàm cum iſtis trilinguibus bene ſentire, Neq; qſq̃ il-

*nymi, opus utrũq; ipſi laborioſiſſimum, ſtudioſis oĩbus utiliſſimũ.*

νὴ τὸν δία.) i. ꝑ Iouẽ. *ſic enĩ Græci iurãt. Feſtiuiter aũt adiecit iuramẽtũ rei ridiculæ.* Tri*linguibus.*) Tres *lĩguæ ſunt, Græca, Latĩa, et Hebra*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*braica, quibus traditæ ſunt omnes ſciẽtiæ, tam humanæ quàm diuinæ, quas adeo neceſſarias ueteres ad ſacras literas iudicabant, ut etiam decretis põtificijs decretum ſit, ut linguarum notitia in ſcholis publice traderetur, quod ſine his ſacrarum literarum myſteria non intelligi poſſe iudicarent. Cæterum noſtri theologi adeo ſunt dialecticis argutijs dediti, ut ne Latinam quidẽ linguã diſcere curẽt. Græculos iſtos) Feſtiua προσονομασία, ĩ graculis et græculis.*

Glorioſus.

*Glorioſus theologus) locus eſt ab ambiguo, ꝙ glorioſus dicatur celebris quem Græci uocãt ἔνδοξον, & iactabũdus, quẽ illi uocãt ἀλαζόνα. ὄνος λύρας.) i. Aſinus ad lyrã. Alluſit ad nomen Nicolai de Lyra.*

*Magiſtraliter & theologaliter.) Hæc ſunt barbara eorum*

illorũ Græculos iſtos pluris facit quàm graculos: p̃ſertim cum quidam glorioſus theologus, cuius ego nomen prudẽs ſupprimo, ne graculi noſtri continuo Græcum in illum ſcomma iaciant ὄνος λύρας: magiſtraliter & theologaliter hunc paſſum enarrans, ab hoc loco, Vt minus ſapiens dico, plus ego, nouũ facit caput, & quod abſq; ſumma dialectica nõ poterat, nouam addit ſectionem, ad hũc interpretans modum. Adducam enim ipſius uerba, nõ

ſo

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſolum in forma, uerum etiam
in materia: Vt minus ſapi
ens dico, id eſt, ſi uideor uo
bis inſipiens, me pſeudapo
ſtolis adæquādo, adhuc ui
debor uobis minus ſapiēs,
me eis præferendo. Quan-
quam idē paulo poſt, uel-
ut oblitus ſui, aliò delabitur.
Sed cur anxie me unius ex
emplo tueor? cum hoc pu-
blicum ius ſit theologorum,
cœlum, hoc eſt, diuinā ſcri
pturam, ceu pellem exten
dere: cum apud diuū Pau-
lum pugnent diuinæ ſcri-
pturæ uerba, quæ ſuo loco
non pugnāt, ſi qua fides il-
li πενταγλώττῳ Hierony-
mo, cū Athenis forte con-
ſpectum aræ titulum tor-
queret in argumentum fi-
dei Chriſtianæ, ac cæteris
omiſſis, quæ cauſæ fuerant

*uerba, quæ data opa p iocū imitatus eſt.* Nō *ſolum ī forma.)* Feſtiuiter *alludit ad id qđ ipſi dicunt, uerba in forma, et ideo iocans addit, uerū etiam ī materia.*

πενταγλώτ τῳ.) *.i. qnquelingui, ut ita loquar* Nā *conſtat* Hie*ronymū ſciuiſſe græce, latine, hebraice, chaldaice, et dalmatice.* Hic *ſcribens ſup epiſtolā* Pauli *ad* Titū, *oſtendēſq;* Paulum *abuſum eſſe teſtimonio ethnicorum poetarum, ut* Epime*nidis* Cretē*ſis, q*

Hierony- mus.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*dixi* κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοὶ, *Id eſt, Cretes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uĕtres pigri. Item Arati, qui in principio* τῶν φαινομένων *dixit,* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, *id eſt, Huius genus ſumus, & Menandri dicentis,* φθείρουσ' ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαὶ, *Id eſt, Corrumpūt mores bonos colloquia mala, ſic ait, Nec mirum eſt, ſi opportunitate temporis gentilium poetarū uerſibus abutitur, cum etiā deſcriptione aræ, aliqua commutans ad Athenienſes loquutus eſt. Pertranſiens enim, inquit, & contēplans culturas ueſtras, inueni & aram, in qua ſuperſcriptum eſt, Ignoto deo. quod utiq; ignorantes colitis, hoc ego annūtio. Inſcriptio autem aræ non ita erat ut Paulus aſſeruit, Ignoto deo, ſed ita: Dijs Aſiæ, & Europæ, & Aphricæ, dijs ignotis & peregrinis. Verum quia Paulus non pluribus dijs indigebat ignotis, ſed uno tantum ignoto deo, ſingulari uerbo uſus eſt, ut doceret illū ſuum eſſe deū, quē Athenienſes in aræ titulo prænotaßent, & recte eū ſcientes colere deberent, quē ignorātes uenerabantur*

offectura, duo tantū extrema uerba decerpſerit, nempe hæc, Ignoto deo, atque hæc quoq; nonnihil immutata. ſiquidem integer titulus ſic habebat: Dijs Aſiæ, Europæ, & Aphricæ, dijs ignotis & pegrinis. Ad huius (opinor) exēplum paſſim

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tur, et neſcire nõ poterãt.* οἱ τῶν θεολόγων παῖδες, *.i. theologorũ filij, hoc eſt, ipſi theologi. Alluſit enim ad Lucianum, qui* ἰατρῶν παῖδας *.i. medicorum filios, ſæpicule ipſos* ἰατροὺς *.i. ipſos medicos uocauit.* Iureconſulti.) *Nam uulgo iureconſultorum mos eſt ea citare, quæ nihil ad rem faciunt, cum putent pulchrum eſſe, quàmplurima, etſi his nullus locus eſt, inculcare. Quos theologi noſtri adeo imitantur, ut etiam uincant.* Magnus ille.) *Nicolaũ de Lyra intelligit, q ſcribens ſup Lucã, dicit, p gladium quem Chriſt⁹ uoluerit emi, intelligẽdam eſſe moderatã defenſionẽ. Quaſi uero Chriſtus prioris doctrĩæ pœnitudine ductus, qua toties docuit, beatos eſſe qui pſecutionẽ paterẽtur propter iuſtitiã: itẽ cæſum unã maxillã, debere præbere alterã, iã mortẽ p-*

ſim iã οἱ τῶν θεολόγων παῖδες, hinc atq; hinc reuulſa quatuor aut quinq; uerbula, & ſi quid opus eſt, etiã deprauata ad ſuam accommodãt utilitatẽ, licet ea quæ præcedunt & conſequunt̃, aut nihil oĩno faciant ad rem, aut reclament quoq;. Qđ quidem faciunt tã felici impudẽtia, ut ſæpenũero theologis inuideant iurecõſulti. Quid enim iam illis nõ ſuccedat? poſteaquam magnus ille (penè nomẽ effutiueram, ſed rurſus metuo



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*peſſurus, oſtenſuruſq́; eam contemnendã, reprehendẽſq́; Petrum quod ſe gladio tueri pararet, iam inquam ipſos apoſtolos ad arma uocaret, hortareturq́; eos tanquã milites mundanos, armata manu prædicare euangelium.*

*Quàm igni cum aqua conuenit.) Nam quemadmodum ignis & aqua ſunt contraria, ſic Chriſtus & mundus: doctrinaq́; Chriſti, & mundi opinio. Mundus plenus eſt opinionibus corruptis, Chriſtiq́; doctrinæ contrarijs. Quocirca Chriſtus uenit in mundum, ut euulſis corruptis illis opinionibus, inſereret nouas, mundo inauditas. Siquidem Chriſtus ſuos uoluit eſſe diuites, non uariarum rerum affluentia & copia, ut mundus, ſed omnium contemptu ſuos uoluit eſſe fortes, non robore corporis & armis, ſed mortis contẽptu, ſuos deniq; beatos exilio, carceribus, perſecutionibus, & morte. At neoterici iſti theologi, uolentes mundum Chriſto coniungere, eaq́; Chriſtiana ducẽtes, quæ à ꝗ plurimis, hoc ẽ mundo fiũt, uoluptates, bellũ, arma, duas ueſtes, oĩa deniq; mũdana, modo temperata ſint, ut ipſi dicunt, concedunt.*

*συμμαχεῖν)* Id

Græcũ ꝓuerbiũ) ex Lucæ uerbis ſentẽtiã exp̃ſſerit, tã cõſentaneã animo Chriſti, ꝗ igni cũ aqua cõuenit. Etẽm cum immineret extremum periculum, quo tempore ſolẽt boni cliẽtes maxime ſuis adeſſe p̃onis, & quãta ualẽt ope συμμαχεῖν. Chri

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

i.aliјs ĩ bello adeſſe. σύμμαχος ſocius belli dicitur, et συμμαχία confœderatio belli illius, quod aliјs infertur, quemadmodum ἐπιμαχία ſocietas ſubſidiaria ẽ, quo inuadentes ſolum repelluntur. Vnde Thucydides in primo dixit, Κορκυραίους καὶ ἀθηναίους συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι, ἐπιμαχίαν δὲ. i. Corcyrenſes & Athenienſes cõfœderationem belli non iniјſſe, ſed ſubſidiariam ſocietatem.

Chr̃us hoc agẽs, ut om̃em huiuſmodi præſidiorum fiduciã eximeret ex animis ſuorum, percontatus eſt eos, num quid rei defuiſſet uſquã, cũ illos emiſiſſet, adeo non inſtructos uiatico, ut nec calceis muniret aduerſus ſpinarum & ſaxoꝝ iniuriam, nec peram adderet aduerſus famem. Vbi negaſſent defuiſſe quicquam adiecit: Sed nunc (inquit) qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, uendat tunicã ſuam, & emat gladium. Cum tota Chriſti doctrina, nihil aliud inculcet quàm mãſuetudinem, tolerãtiam, uitæ contemptũ, cui nõ perſpicuum ſit, quid hoc loco ſentiat? nempe ut magis etiã exarmet ſuos legatos,

*Sed*

ut non tantum calceos ne-
gligant & peram, uerū &
tunicam inſuper abijciant,
undiq; et prorſus expediti,
munus euangelicū aggre-
diantur, nihil ſibi parēt, ni
ſi gladium, non iſtum quo
graſſantur latrones & par-
ricidæ, ſed gladiū ſpiritus,
ī intimos quoq; pectoris ſi
nus penetrātem, qui ſemel
affectus omneis ſic ampu-
tat, ut nihil iam illis cordi
ſit, præter pietatem. At ui-
dete, quæſo, quorſum hæc
torqueat celebris ille theo
logus: Gladium interpre-
tatur defēſionem aduerſus
perſecutionem, ſacculū ſuf
ficientem commeatus pro
uiſionē, pinde quaſi Chri-
ſtus cōmutata ī diuerſum
ſententia, quod oratores ſu
os parū βασιλικῶς īſtructos
emi

*Sed gladium ſpiritus.) Sic diuus Ambroſius, ſcribens ſup Lucā, ait: Eſt gladius ſpiritalis, ut uendas patrimoniū, emas uerbū, quo nuda mētis penetralia ueſtiuntur. Eſt etiam gladius paſſionis, ut exuas corpus, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi ſacri corona martyrij, qđ ex benedictiōib. domini cis colligere potes, qui ſummam omnium coronarum, ſi qs pſecutionē patiatur p iuſtitia prædicauit. βασιλικῶς) id ē, regali*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ter et magnifice, quo uerbo ſæpe utitur Lucianus. Beatos fore.) Retulit uerba Matthæi ex capite quinto: Beati eſtis, cum maledixerint uobis homines &c. Quo loco Chriſtus dimiſſa turba ſedēs in monte, diuina illa ſuæ doctrinæ oracula diſcipulis ſuis, hoc eſt, Chriſtianis prodidit. Quæ mirum quàm nunc à Chriſtianorum uulgo negliguntur, imò penè ridentur. Prohibens ne quādo.) Eſt apud Matthæum eodem capite: Ego autem dico uobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam tuā, præbe ei & alteram. Et ei qui uult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium &c. Cum addit Ego dico, declarat hanc eſſe peculiarem ſuam doctrinam, nec à Moyſe traditam, nec ab ullo philoſophorum, ſed quam ſequi debeant, qui uideri uelint diſcipuli Chriſti. Sed indignum eſt hæc uel irrideri, uel coactis interpretationibus deprauari ab his, qui ſe maxime Chriſtianos uideri uolunt. Nam non aſſequi, ĩbecillitatis eſt humanæ: irridere uero, ſummæ impietatis: interpretatione deprauare, fraudulētiæ cū impietate coniunctæ. Qđ aūt ait, non eſſe reſiſtēdum malo, nō ſic accipiēdum, ut nō admoneantur aut increpentur qui ſcelerate agūt,

emiſiſſe uideretur, ſuperioris inſtitutiōis palinodiam canat. Aut uelut oblitus ꝙ dixexat beatos fore, cū probris, cōtumelijs, & ſupplicijs afficerētur, prohibens ne quando reſiſterent malo,

*agūt, cum id & Chriſtus fecerit, & apoſtoli, ſed ne malum repellamus malo, quemadmodum uulgus facit, hoc eſt, uim ui, ferrum ferro, iniuriam iniuria, calumniā calumnia.* Mites enim eſſe beatos.) *Eodem eſt loco. Ferox proprie dicitur animo elato, & paratus ad retaliandam contumeliam.* Quod illos ad paſſerum.) *Hoc ē Matthæi ſexto*

Diuinæ mentis īterpres) ἀφρωνικῶς, *cum cōmentū illius ſit à diuina mēte alienissimū.* Educit.) *Apto uſus ē uerbo. Nā miles ꝓprie dicitur educi in aciem pugnaturus.* Crucifixi.) *Emphaſis ē in noīe crucifixi, qđ minime conueniat, eū qui ad crucē uſq; ꝑpeſſus ē oīa, ſuos diſcipulos, quos utiq; ſui imitatores eſſe iubet,*

lo: mites eē̃ beatos eſſe, nō feroces: oblitus quod illos ad paſſerū & liliorum exēplum uocarit, nūc adeo noluerit eos abſq; gladio proficiſci, ut eum uel tunica diuēdita iubeat emi, malit'q; nudos ire q̄ non accinctos ferro. Ad hæc, quemadmodum gladīj nomine cōtineri putat, quicquid ad depellendā uim ꝑtinet, ita marſupīj titulo complectitur, quicqd ad uitæ ꝑtinet neceſſitatem. Atq; ita diuinæ mētis interpres, apoſtolos lāceis, baliſtis, fundis, et bōbardis inſtructos educit ad ꝓdicationem crucifixi. Lo

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*bet, latronū armis inſtructos, ad prædicationē euāgelij iubere ꝓficiſci.* Vidulis.) *Vidulā, ſcriniola dicūtur eo rio obtecta.* Vidula. *Nec uel illud commouit.)* Notat interpre*tis ſtultitiā, cum nō uiderit, ſuum commentum non cohærere cum uita apoſtolorū.* Etenim ſi Chriſtus hoc ſenſit, *quod ille interpretatur, impij fuerunt apoſtoli, qui magiſtri præceptum tantopere neglexerunt, ut nunquam uel pugionem habuiſſe legantur ad ſui defenſionem.*

culis, item uidulis, & ſarcinis onerat, ne forte non liceat illis è diuerſorio diſcedere, niſi imprāſis. Nec uel illud commouit hoīem, ꝙ enſem quem tantopere iuſſerat emi, mox idem obiurgans iubeat recondi, qđ' ꝗ nunꝗ fando ſit auditū, apoſtolos enſibus aut clypeis uſos aduerſus uim ethnicorum, utiqꝫ uſuros, ſi Chriſtus hoc ſenſiſſet, quod hic interpretatur. Eſt aliꝰ, quē honoris cauſa nō nomino, haudquaꝗ poſtremi nominis, qui è tentorijs quorum meminit Habacuk, turba-

bun

*Eſt alius.)* *Quātum memini, eſt inter ſermōes dictos Iordani. Nā ille deceptus uocabulo pellium, quo hiſtorici ꝓ caſtrēſib. tentorijs utūtur, quod olim è pellibus ſolebant confici tabernacula, ꝓ cute humana īterpretatur, præſertī cū illa ipſa Bartholomæi hiſtoria*

pa

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

parum obtineat autoritatis. Ipſa nuper interfui.) Facete ſignificat theologorum quorũdam diſputationes nõ carere ſtultitia. Quæ tãdem eſſet.) Antiquitus deploratorum hæreticorum extrema pœna erat, ut excluderentur à communione Chriſtianorum, ſi reuicti diſputatione, nollent mutare ſententiam. Deinde acceſſit imperatorum autoritas, & metu ſupplicij cœperunt compelli. nunc nec audiuntur ſæpenumero, nec redarguuntur, ſed dũtaxat iudicantur, & incendio puniuntur.

Vel ſupercilio teſte.) Quaſi nihil haberet theologi, præter ſupercilium & uultus truculentiam.

Dixerit, hæreticum hoiem) Eſt ad Titũ cap. 3. Nec illic agit Paulus de his hæreticis, quos nos uulgo uocamus, ſed de contentioſis diſputatorib. qui de nugis magnas

Feſtiua fabella de theologo.

buntur pelles terræ Madian, pellem fecerit Bartholomæi excoriati. Ipſa nuper interfui diſſertationi theologicæ, nã id facio frequenter. Ibi cum quiſpiam exigeret, quæ tandem eſſet diuinarum literarum autoritas, quæ iuberet hæreticos incẽdio uinci magis q̃ diſputatione reuinci, ſenex q dam ſeuerus, et uel ſupercilio teſte theologus, magno ſtomacho reſpõdit, hanc legem tuliſſe Paulũ apoſtolum, qui dixerit: Hæreticũ hominem poſt unam & al

gnas te

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana).

gnas excitant diſputationum tragœdias. Quid accidiſſet homini.) Ita loquuntur, cum ſignificant inſaniam, aut rem uehementer nouam, quod Græci ſignificantius τί ἔπαθεν. De uita tollendum hæreticum.) Adeo craſſus erat iſte theologus, ut nō intellexerit deuita uerbum eſſe à deuitādo, ſed præpoſitionē cū hoc nomīe uita. Τενέδιος συνήγορος.) Id eſt, Tenedius patron⁹, dicitur is, q̄ compendio cauſā expedit, litisq́; nodum ocyus diſſecat. Ductū à Tenedia ſecuri, q̄ ꝓtinus calūniæ cōuictū diſſecare ſolita fuit, de q̄ plura ī Chiliadibus. Ergo etc.) Ridet frigidos theologorū ſyllogiſmos in rebus

tam

teram correptionē deuita: Cūq́ ea uerba idētidem intonaret, & pleriq́ demirarent q̄d accidiſſet homini, tādem explanauit, De uita tollendum hæreticū. Riſere quidam, nec deerant tamen quibus hoc commentum plane theologicū uideretur. Cæterū, reclamantibus etiamnum nōnullis, ſucceſſit τενέδιος (q̄d aiūt) συνήγορος & autor irrefragabilis, Accipite rem, inquit, ſcriptum ē, Maleficū ne patiaris uiuere, oīs hæretic⁹ maleficus, ergo &c. Mirari q̄tquot aderant hominis ingeniū, & in eā ſen

ten

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tam ſerijs.* Itum eſt pedibus.) *Ire pedibus in ſententiā, eſt approbare quod alij dixerint.* Facete uero addidit, *& quidem peronatis, quod pero genus ſit calciamēti ruſticani.* (מכשפים.) *i. magicos.* כשף *enim, id ē, incantauit, uerbum eſt, à quo per præpoſitionem* מ *denominatiuum* מכשף *.i. incantator ſiue magus, ſicut à* לאך *.i. nuntiauit,* מלאך *angelus.* In Hebræo autem nō *habetur ſic, ſicut citauit ſuperciliosus ille theologus: ſed* Exodi. XXII. *ſcriptū eſt* מכשפה לא תחיה *.i. incantatrix non uiuat, ubi* מכשפה *ponitur in fœminino genere, quod interpretes* Hebræi *idcirco factū eſſe dicunt, ꝙ mulierculæ, et præcipue aniculæ plus hac peſte infectæ ſunt q̄ uiri, ut etiā nos nimis ſæpe in* Germania *noſtra uidemus.* Nec Chryſippi, nec Didymi.) Chryſippus *philoſophus de dialecticis īfinita cōſcripſit uolumīa, plena friuolis argutijs.* Didymus *grā-*

tentiā itū eſt pedibus, & quidem peronatis. Neq; cuiq̄ uenit ī mentē, legem eā ad ſortilegos & incantatores ac magos attinere, quos Hebræi ſua lingua uocant מכשפים alioqui fornicationem & ebrietatem capite punire oportuit. Verum hæc ſtulte perſequor, tam innumera, ut nec Chryſippi, nec Didymi uoluminibus omnia cōprehēdi poſſint. Illud duntaxat admonitos uo

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Grammaticus, mille conſcripſit libros, miſer, ſi tantum uoluminum fuiſſet euoluendum, ut ſcripſit Seneca.*

uolebã, cum hæc diuinis il lis magiſtris licuerit, mihi quoq; plane συκίνῃ θεολόγῳ, par eſt dare ueniam, ſi mi‑ nus omnia ad amuſſim ci‑ tauero. Nũc tandẽ ad Pau lum redeo: Libẽter (inqt) fertis inſipientes, de ſeſe lo quẽs. Et rurſum, uelut in‑ ſipientẽ accipite me. Et nõ loquor ſecundũ deum, ſed quaſi in inſipiẽtia. Rurſus alibi: Nos (inqt) ſtulti pro pter Chriſtum. Audiſtis à quanto autore quanta ſtul titiæ præconia. Quid, qđ idẽ palàm ſtultitiam præ‑ cipit, ut rem ĩ primis neceſ ſariã et oppido ſalutarem? Qui uidetur eſſe ſapiens in ter uos, ſtultus fiat ut ſit ſa piens. Et apud Lucam, du‑

*Συκίνῃ θεολόγῳ.) i. ficulnæ theologo.* Veteres qcqd effœminatũ contemptũq; uideri uellent, ficulnũ appellabant. Vnde pverbiũ συκίνη ἐπικουρία. i. ficulnum auxiliũ, σύκινος ἀνήρ, i. ficulnus uir.

*Libenter (inqt) fertis.)* Eſt ad Corinthios ſecũda, capite. XI.

*Nos (inquit) ſtult.)* Eſt ad Corinthios prima, capi. 4. *Qui uidetur eſſe.)* Eſt in. I. ad Corin. capi. 3. *Et apud*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

os diſcipulos, quib⁹ ſe iun-
xerat ĩ uia Ieſus, ſtultos ap
pellat. Illđ haud ſcio an mi
rum uideat̃, cum deo quo-
qꝫ nonnihil ſtultitiæ tribu-
it diuinus ille Paulus: Qđ
ſtultum eſt (inquit) dei, ſa-
pientius ẽ hominibus. Por
ro Origenes interpres obſi
ſtit, quo minus hanc ſtulti
tiam ad hominum opinio
nem poſſis referre: qđ ge-
nus eſt illud, Verbum cru
cis pereũtibus quidẽ ſtulti
tiã. Sed qd ego fruſtra an-
xia, tot teſtimonijs hæc do
cere pergo, cum ĩ pſalmis
myſticis palam ipſe Chri-
ſtus loquat̃ patri, Tu ſcis
inſipiẽtiam meã? Neqꝫ ue
ro temere eſt, qđ deo ſtulti
tam impenſe placuerunt:
opinor propterea ꝙ quem
admodũ ſummi principes
ni

*Lucã.) Eſt Lucæ uigeſimoquarto.*

*Quod ſtultũ eſt, inqt.) Eſt prima ad Corinthios capite primo. Non quod ſit aliqđ ſtultũ in deo, ſed quod infima pars ſapiẽtiæ diuinæ ſupat ſummam hominũ ſapientiam.*

*Qđ genus eſt illud.) Eſt ad Corinthios prima, capite primo.*

*Tu ſcis inſipientiam meã.) Facete detorquet hoc ad ſuum commodũ. Quãquam Chriſtus illic loqtur ſub perſona ſuorum membrorũ.*

*Impenſe.) Id eſt, ualde, qđ & im*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*impendio dicunt.* Iulius Brutũ.) *Nam* Brutus *&* Caſ*ſius conſpirauerũt in* Cæ*ſarem.* Is *cum admoneretur, ut caueret ab* Antonio*, reſpondit, ſe nihil metuere craſſos illos & ebrios, ſed potius pallidos & ſobrios,* Brutum *&* Caſſium *ſignificans.* Nero Senecam.) *Seneca præceptor* Neronis*, ab eo iuſſus eſt mori, non ob aliud, niſi qđ aliquoties liberius admoneret, quid deceret imperatorẽ facere.* Dionyſius Platonẽ.) Plato *hoc animo nauigauit in Siciliam, ut* Dionyſium *regem traheret ad ſtudiũ philoſophiæ. ſed apud impotentẽ iuuenem plus ualuerunt adulatorum uoces quàm ſanctiſſimi philoſophi monita.* Seneca.

*Quæ ſtulta.)* Eſt *ad* Corinthios *prima, capite primo.* Vt p *ſtultitiã.)* Eſt *eodem capite.*

nimiũ cordatos ſuſpectos habent et inuiſos, ut Iulius Brutum & Caſſium, cum ebrium Antoniũ nihil metueret, ut'q; Nero Senecã, Dionyſius Platonem, contrà, craſſioribus ac ſimplicioribus ingeniis delectant, itidẽ Chriſtus σοφοὺς iſtos, ſuæ'q; nitentes prudentiæ ſemp deteſtat ac damnat: Teſtat id Paulus haudquaquam obſcure cũ ait: Quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, cum'q; ait deo uiſum eſſe, ut p ſtultitiam ſeruaret mundum, quandoquidem per ſapientiam reſtitui nõ po



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Perdā ſapientiā.) Paulus citat ex Iſaia propheta, ad Corinthios. 1. capite. 1.*

poterat. Quin ipſe idem ſatis indicat, clamans per os prophetæ: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudētiam prudentium reprobabo. Rurſum, cū agit gratias, quod ſalutis myſterium celaſſet ſapientes, paruulis autem, hoc ē, ſtultis aperuiſſet. Nam Græce pro paruulis eſt νηπίοις, q̊s oppoſuit σοφοῖς. Huc pertinet ꝙ paſſim in euāgelio phariſæos & ſcribas ac legum doctores inceſſit, uulgus indoctum ſedulo tuet̃. Quid enim aliud eſt, uæ uobis ſcribæ & phariſæi, quàm uæ uobis ſapientes? At paruulis, mulieribus, ac piſcatoribus potiſſimum delectatus eſſe uidet̃. Quin & ex animantium brutorum genere ea potiſſimū placent Chriſto, quæ à uulpina prudentia quàmlōgiſſime abſunt. Eoq́ꝫ aſino maluit inſidere, cum ille (ſi libuiſſet) uel leonis tergum impune potuiſſet premere. Ac ſpiritus ille ſacer in columbæ ſpecie delapſus eſt, non

Columba.

*Columbæ ſpecie) Hæc auis adeo ſimplex eſt, ut Chri-*

aqui

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Chriſtus uoluerit apoſtolos ſuos harũ ſimplicitatẽ æmulari, cum ait, γίνεσθε ἀκέραιοι ὡς περιστεραὶ. i. Sitis ſimplices ſiue ſynceri, ut columbæ. Ad hæc pudicitia columbis prima, & neutri nota adulteria, coniugij fidem non uiolant, communemq; ſeruant domum. Niſi cœlebs aut uidua, domũ non relinquit. Et imperioſos mares, ſubinde etiã iniquos ferũt, ut Plinius ſcribit lib. x. Ariſtoteles hiſtoriæ animaliũ libro. 9. de columbis loquens, dicit: οὔτε συνδυάζεσθαι θέλουσι πλείοσι, οὔτε προαπολείπουσι τὴν κοινωνίαν πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γένηται. ἔστι δὲ περὶ τὴν ὠδῖνα δεινὴ ἡ τοῦ ἄρρενος θεραπεία, καὶ συναγανάκτησις, .i. Neq; cum pluribus coire uolunt, neq; coniugiũ relinquunt, niſi cœlebs aut uidua. Eſt autem circa partũ grauis maſculi cura, fœminæq; condolet. Aquilæ.) Plinius in decimo, & Ariſtoteles in nono, uaria ponunt aquilarum genera, quibus fere omnibus cõmune eſt, rapto uiuere: ſunt enĩ oẽs ex γαμψωνύχων genere. Ceruorum.) Plinius lib. 8. de ceruis loquens, ait: Cæterum animal ſimplex, & omnium rerum miraculo ſtupens, intantum, ut equo, aut bucula accedente propius, hominem iuxta uenantem non cernant: aut ſi cernant, arcum ipſum ſagittasq; mirẽtur. Ariſtoteles quoq; libro hiſtoriæ animaliũ nono,

Aquila.

Ceruus.

**aquilæ aut miluij. Præterea ceruorum, hinulorum, agnorum crebra paſſim in di-**



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

no, horum ſimplicitatem indicat cum ait: ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ὥστε καὶ κατακλίνονται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Δύο δ' ὄντων ὁ μὲν φανερῶς ᾄδει ἢ συρίττει, ὁ δὲ ἐκ τοῦ ὄπισθεν βάλλει, ὅταν οὗτος σημαίνῃ τὸν καιρόν. .i. Capiūtur autem cerui uenatoribus ſibilantibus & canentibus. mulcētur enim, alliciunturq́; ea uoluptate. Duobus autem exiſtētibus, alter quidem palàm canit aut ſibilat, alter clàm ferit, ubi iſte ſignificarit opportunitatē.

Oues appellat) Vt Matthæi. X. ἰδοὺ, inq̄t Chriſtus, ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, Id eſt, Ecce mitto uos ſicut oues in medio luporum.

προβάτειον ἦθος.) .i. Ouis mores. Ariſtoteles hiſtoriæ animalium libro nono ſic ait: τὰ δὲ ἤθη τῶν ζώων ὥσπερ εἴρηται πρότερον, διαφέρει κατά τε δειλίαν καὶ πρᾳότητα, καὶ ἀνδρείαν καὶ ἡμερότητα καὶ νοῦν τε καὶ ἄγνοιαν, τό, τε γὰρ τῶν προβάτων ἦθος ὥσπερ λέγεται εὔηθες καὶ ἀνόητον, πάντων δὲ τῶν τετραπόδων κάκιστόν ἐστι, καὶ ἕρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς οὐδὲν, καὶ πολλάκις χειμῶνος ὄντος ἐξέρχεται ἔνδοθεν, καὶ ὅταν ὑπὸ τοῦ νιφετοῦ ληφθῶσιν, ἂν μὴ κινήσῃ ὁ ποιμὴν, οὐκ ἐθέλουσιν ἀπιέναι, ἀλλ' ἀπόλλυνται καταλειπόμεναι, ἐὰν μὴ ἄρρενας κομίσωσιν οἱ ποιμένες, τότε ἀκολουθοῦσι, .i. Mores autē animalium, quemadmodū dictum eſt prius, diffe

diuinis literis mentio. Ad-
de quod ſuos ad immorta-
lem uitam deſtinatos, oues
appellat. Quo quidem ani
mante nõ eſt aliud inſipiẽ-
tius, uel Ariſtotelico ꝓuer
bio teſte, προβάτειον ἦθος, qđ
quidẽ admonet, ab eius pe
cudis ſtoliditate ſumptũ,
in ſtupidos & bardos con-
uitij loco dici ſolere. Atqui
huius gregis Chriſtus ſeſe
paſtorem profitetur, quin
etiam ipſe agni nomine de
lectatus eſt, indicante eum
Iohãne, Ecce agnus dei: cu
ius multa fit & ĩ Apocaly
pſi mẽtio. Hæc quid aliud
clamitãt, niſi mortales ſtul
tos eſſe etiam pios? ipſum
quo

*us, differunt ſecũdum timiditatem, & manſuetudinem, & fortitudinem, & mẽtem, & dementiam.* Etenim *ouiles mores, ſicut dicitur, ſtulti & amentes ſunt.* Omnium *enim quadrupedum, ouis genus ineptiſſimum eſt.* Et repit ĩ deſerta ſine cauſa, & ſæpe, hyemeq; ſæuiente, egreditur ſtabulo, & quãdo à niue cõprehenſum fuerit, niſi mouerit paſtor, nõ uult abire. cæterum perit relictum, niſi mares portauerint paſtores, ita enĩ ſequitur reliquus grex. Ecce agnus dei) Eſt Iohannis primo.

In Apocalypſi.) Capitibus qnto, ſexto, et ſeptimo. Etiã pios.) Nã pij & uere Chriſtiani, dũ

*dum diuitias, uoluptates, gloriam, formam, ſanitatem, et alia id genus bona, quæ huius mundi ſapientes tantū nō adorant, contemnunt, & ut Chriſtum lucrifaciant, tanquam ſtercora reputant: dumq; contemplatione, inediis, & perſequutione ſaginantur, ſtulti huius mundi ſapientibus habētur.* Sapientia patris.) Paulus prima ad Corinthios primo, uocat Chriſtum dei uirtutem, & dei ſapientiam. Stultum eſſe factum.) Non quod in Chriſto ſit ulla ſtultitia, ſed quod hominem aſſumpſit: & humana natura quantumuis ſapit, ad deum collata, ſtulta eſt, ſicut omnis hominis iuſtitia ad deum comparata, iniuſtitia eſt. Habitu inuentus eſt ut homo.) Ad Philippenſes ſecundo. Et peccatum factus eſt.) Sic Paulus ait ſecūda ad Corinthios quinto: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos eſſemus iuſtitia ì ipſo. Quàm per ſtultitiā crucis.) Sic Paulus prima ad Corinthios primo: Nā quia in dei ſapiētia nō cognouit mun-

quoq; Chriſtum, quo ſtultitiæ mortalium ſubueniret, cum eſſet ſapientia patris, tamen quodammodo ſtultum eſſe factum, cū hominis aſſumpta natura, habitu inuētus eſt ut homo? quēadmodum & peccatū factꝰ eſt, ut peccatis mederetur. Neq; alia ratione mederi uoluit quàm per ſtultitiā crucis, ꝑ apoſtolos idiotas,

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*mundus per ſapiẽtiam deum, placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credẽtes.* Ad puerorũ.) *De pueris habetur* Matthæi. XVIII. *ubi ueritas dicit: Amen dico uobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Et Lucæ. XVIII. Q*uicũq; non acceperit regnum dei ſicut puer, non intrabit in illud.* De *lilijs,* Matthæi & Lucæ. 17.

tas ac pĩgues: quibus ſedulo ſtultitiam præcipit, à ſapientia deterrens, cum eos ad puerorum, liliorum, ſinapis & paſſerculorum exemplum prouocat, reꝝ ſtupidaꝝ ac ſenſu carentium, ſoloq́ naturæ ductu, nulla arte, nulla ſolicitudine uitã agentium. Præterea cũ uetat eſſe ſolicitos, qua eſſent apud p̃ſides oratione uſuri, cumq́ interdicit ne ſcrutentur tẽpora uel momenta temporum, uidelicet, ne quid fiderent ſuæ prudentiæ, ſed totis animis ex ſe pẽ-

De *paſſerculis ſiue uolucrib⁹ cœli,* Matthæi. VI. Præterea cũ *uetat eẽ.)* Eſt Lu*cæ duodecimo: Cum autẽ inducent uos in ſynagogas, et ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe, qualiter aut qd reſpõdeatis aut dicatis:* Spiritus enĩ *ſanctus docebit uos in ipſa hora.* Cumq; interdicit.) Vt Actu. primo: Nõ eſt ueſtrũ



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ſtrum noſſe.* *Ne quid de arbore ſcientiæ.)* Eſt Geneſeos ſecundo, *ubi deus ad ipſam* πρωτόπλαστον *dicit*, מכל עץ הגן אכל תאכל ומעץ הראת טוב ורע לא תאכל ממנו. *id ē, Ab omni arbore paradiſi comedes, & ab arbore ſciētiæ boni et mali nō comedes ab ea.* Improbat.) *Cū ait prima ad* Corint.8. ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, *id ē, Sciētia inflat, charitas autem ædificat.*

penderent. Eôdē pertinet, quod deus ille orbis architectus interminatᷓ ne quid de arbore ſcientiæ deguſtarent, perinde quaſi ſcientia felicitatis ſit uenenū. Quāquam Paulus aperte ſcientiam ueluti inflantem & pniciosam ĩprobat. Quē diuus Bernardus (opinor) ſequutus, montem eum in q̊ Lucifer ſedem ſtatuerat, ſcientiæ mōtem interpretatur. Fortaſſe nec illud omittēdum uideatᷓ argumētum, gratioſam eſſe apud ſuperos ſtultitiam, quod huic ſoli datur erratorū uenia, ſapienti nō ignoſcitur, unde qui ueniam orāt, etiā ſi prudentes peccauerint, tamen ſtultitiæ prætextu patrocinioq; utſitur. Nam ſic Aaron uxoris pœnā deprecatur in Nume-



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rorũ (ſi ſatis commemini) libris: Obſecro dñe mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod ſtulte commiſimus. Sic & Saul apud Dauid culpã deprecatur, Apparet enim (inquiẽs) quod ſtulte egerim. Rurſum ipſe Dauid ita blanditur domino: Sed precor domine, ut trãsferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtulte egimus: perinde quaſi nõ impetraturus ueniam, niſi ſtultitiam & inſcitiã obtenderet. Sed illud acrius urget, ꝙ Chriſtus in cruce, cum oraret pro ſuis inimicis, Pater ignoſce illis, non aliam prætexuit excuſationem quã imprudentiæ, qa neſciunt (inquit) quid faciant. Ad eũdem modũ Paulus ſcribens ad Timotheũ, Sed ideo miſericordiã dei conſecutus ſum, quia ignorãs feci in incredulitate, Quid eſt, ignorãs feci, niſi ꝑ ſtul

*Obſecro domine)* Eſt Numerorum duodecimo. *Apparet enim quod.)* Eſt primi Regũ capite uiceſimoſexto. *Sed precor domine,)* Eſt ſecundi Regũ capite. XXIIII.

*Pater ignoſce illis.)* Eſt Lucæ. XXIIII.

*Sed ideo.)* Eſt ad Timotheũ. I. capite primo.

Deli-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtultitiam feci, non malitiam? Quid eſt, Ideo miſericordiam conſecutus ſum, niſi non conſecuturus, ni ſtultitiæ patrocinio cõmendatus? Pro nobis facit & myſticus ille pſalmographus, qui ſuo loco nõ ueniebat in mentẽ, Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Audiſtis quæ duo prætexat, nimirũ ætatẽ, cui ſemp comes eſſe ſoleo, & ignorantias, idq́ numero multitudinis, ut ingentẽ ſtultitiæ uim intelligeremus. Ac ne quæ ſunt ĩfinita perſequar, utq́ ſummatim dicam, uidetur omnino Chriſtiana religio quandam habere cum aliqua ſtultitia cognationem, minimeq́ cũ ſapientia conuenire. Cuius rei ſi deſideratis argumẽta, primum illud animaduertite, pueros, ſenes, mulieres, ac fatuos, ſacris ac religioſis rebus p̃ter cæteros gaudere, eoq́ ſemp altaribus eſſe proximos, ſolo nimirum naturæ impulſu. Præterea uidetis primos illos religionis autores

*Delicta iuuẽtutis) Eſt pſalmo .XXIIII. Et decorè Moriæ affixit obliuionem.*

Mu-

res

res, mire ſimplicitatem amplexos, acerrimos literarum hoſtes fuiſſe. Poſtremo nulli moriones magis deſipere uidẽtur, quàm hi ꝗs Chriſtianæ pietatis ardor ſemel totos arripuit: adeo ſua profundũt, iniurias negligũt, falli ſeſe patiuntur, inter amicos & inimicos nullum diſcrimẽ, uoluptatem horrent, inedia, uigilia, lachrymis, laboribus, contumelijs ſaginãtur, uitam faſtidiũt, mortẽ unice optãt, breuiter, ad om̃em ſenſum communem prorſus obſtupuiſſe uident, perinde quaſi alibi uiuat animus, nõ in ſuo corpore. Qđ quidẽ qd aliud eſt, q̃ inſanire? Quo min⁹ mirum uideri debet, ſi apoſtoli muſto temulenti ſunt uiſi, ſi Paulus iudici Feſto uiſus ẽ inſanire. Sed poſteaquã ſemel τὴν λεοντῆν induimus, age doceam⁹ & illud,

*Muſto temulẽti ſunt.)* Eſt hoc Act. apoſtolorũ cap. 2. *Si paulus iudici Feſto.)* Eſt Actu. apoſtolorum. XXVI. ubi Paulo narrãti quo pacto ad Chriſtum tract⁹ fuiſſet, & quam obrẽ ſibi Iudæi infeſti eſſent, magna uoce dixit Feſtus iudex, Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniã conuertũt. *τὴν λεοντῆν)* i. leonis exuuiũ, quo

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*quo ſignificatur perſona magnifica aſſumpta, ab homine humili. ſumptum ab aſino illo fugitiuo, qui apud Cumanos aliq̄diu ſe geſſit pro leone. Vnde etiam ortum eſt illud prouerbiū ὄνος παρὰ κυμαίοις. i. aſinus apđ Cumanos, in indoctos aſinos, qui tamen aliquando apud ignotos habentur propter cultum in pretio.* Proinde

illud, felicitatem Chriſtianorū, quā tot laboribus expetunt, nihil aliud eſſe q̄ inſaniæ ſtultitiæq; genus q̊ddam. Abſit inuidia uerbis. Rem ipſam potius expēdite. Iam primum illud propemodum Chriſtianis cōuenit cum Platonicis, animū immerſum alligatū́q; eſſe corporeis uinculis, huiuśq; craſſitudine præpediri, quo minus ea quæ uere ſunt, cōtemplari fruiq; poſſit. Proinde philoſophiā deſinit eſſe mortis meditationem, quod ea mentem à rebus uiſibilibus, ac corporeis abducat, quod idem uti-

*philoſophiā) Sic ait in Phædone, κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας, λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. i. Quicūq; recte philoſophiā attigerūt uidentur latuiſſe cæteros hoīes, q nihil aliđ ipſi ſtuderent q̄ emori, eoſq;*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

q̃ mors facit. Itaq; quàmdiu anim⁹ corporis organis probe utitur, tam diu ſanus appellatur. Verum ubi ruptis iam uinculis, conatur in libertatē aſſerere ſeſe, quaſi q̃ fugam ex eo carcere meditatur, tum inſaniam uocant. Id ſi forte cõtingit morbo uitioq; organorum, prorſus omnium conſenſu inſania eſt. Et tament hoc quoq; genus hominum uidemus futura p̃dicare, ſcire linguas ac literas, quas antè nunq̃ didicerant, & omnino diuinum quiddam præ ſe ferre. Neq; dubium eſt id inde accidere, q̃d mens à contagio corporis paulo liberior, incipit natiuam ſui uim exerere. Idem arbitror eſſe in cauſa, cur laborantibus uicina morte ſimile quiddã ſoleat accidere, ut tanquam afflati prodigioſa quædam loquant̃. Rurſum, ſi id eueniat ſtudio pietatis, fortaſſe non eſt idem inſaniæ gen⁹, ſed tamē adeo confine, ut magna pars homi

*Extaſis.*

*eosq; mortuos eſſe. Idem arbitror eſſe in cauſa.) Socrates in Apologia ſua, cũ iam damnatus eſſet moriturusq;, ſic ad Athenienſes, qui eum damnauerunt, ait:*

τῶ

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτον ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι. ὦ καταψηφισάμενοί μου, καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι. i. *Poſt hæc autem deſidero uobis, qui me condemnaſtis, diuinare. etenim iam illic ſum, ubi maxime diuinant, quando uidelicet mori debent.* Iuxta Platonicum figmentum.) *De ſpecu Platonico, quem ipſe finxit. 7. de rep. libro, in quo uulgus ſedens miratur umbras pro ueris rebus, diximus ſuprà.*

Specus Platonicus.

Fugitiuo illi.) *Plato poſtq̃ deſcripſit illud ſpecus, dicit, quod ſi unus illorum ſordentium in ſpecu per aſpera ſaxa atq; ardua ſurſum traheretur, uideretq; apud ſuperos ſolẽ & alias res ueras, ſicq; poſtea ad priſtinũ ſpecũ reuerteretur, putaret haud dubie illos qui apđ eos, qui ĩ ſpecu ſedẽt, ĩ ſummo honore eſſet, miſerrios eſſe. Ad hæc dicit illum reuerſum iam ĩ ſpecũ*

hominũ meram inſaniã eſſe iudicet, præſertim cum pauculi homũciões ab uniuerſo mortaliũ cœtu, tota uita diſſentiant. Itaq; ſolet ĳs uſu uenire, qđ iuxta Platonicũ figmentum opinor accidere ĳs, qui ĩ ſpecu uincti rerum umbras mirant̃, & fugitiuo illi, q reuerſus in antrum, ueras res uidiſſe ſe p̃dicat, illos longe falli, qui præter miſeras umbras nihil aliud eẽ credãt. Ete-

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*nihil uiſurum, propterea quod repente ex clariſſimo ſole in profundiſſimas tenebras ueniret, et idcirco cum nihil umbrarum uideret, omnibus in ſpecu ſedētibus riſui fore exploſumq́; iri, ſimulatq; de rebus ueris diſputare inciperet, tanquā ſtultum & apud ſuperos corruptum.*

*Nam iſti primas.) Philoſophi cū tria poſuiſſent bona, corporis uidelicet, externa, et animi, Animi bona præ cæteris multo præſtare dixerunt. Vnde Ariſtoteles primo moralium Nicomacheorum:* νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῆ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λεγόμενα. *i. diuiſis autē trifariā bonis, cūq; hæc externa dicimus, hæc autē aīæ & corporis bona, ea quæ circa animā ſunt, ꝓprĳſſima dicimꝰ. At uulgus hūc ordinē īuertēs, externa, prima, anīæ infima ducit. Pius uero prima facit*

Etem̄ ſapiens hic cōmiſeratur, ac deplorat illoꝝ inſaniam, q̄ tāto errore teneantur. Illi uiciſſim illū ueluti delirantē rident, atq́ꝫ eĳciunt. Itidē uulgus hoīm ea, quæ maxīe corporea ſunt, maxime mirāt, eaq́ꝫ propè ſola putat eſſe. Contrà pĳ, quo quicquam propius accedit ad corpꝰ, hoc magis negligūt, totiq́ꝫ ad inuiſibiliū reꝝ cōtemplationē rapiūtur. Nā iſti primas par

tes x cit

tes tribuunt diuitijs, proxi
mas corporis cõmodis, po
ſtremas animo relinquũt:
quem tamen pleriq; nec eſ
ſe credunt, quia non cerna
tur oculis. è diuerſo illi pri
mum in ipſum deum, rerũ
omnium ſimpliciſſimũ, to
ti nituntur: ſecundum hunc,
& tamẽ in hoc, quod ad il-
lum quãproxime accedit,
nempe animum, corporis
curam negligũt, pecunias
ceu putamina prorſus aſper-
nãtur ac fugitãt. Aut ſi qd
huiuſmodi rerum tractare
cogũtur, grauatim ac faſti
diẽter id faciunt: habẽt tan
quam non habentes, poſſi-
dent tanquam non poſſidẽ
tes. Sunt & in ſingulis re-
bus gradus multum inter
iſtos diuerſi. Principio ſen
ſus tametſi omẽs cum cor-
po-

*cit diuina, ſecundum locũ tribuit animi bonis, ultimũ corporis & externis, ſi tamẽ illa putet ĩter bona habenda, quibus (ut Cicero dicit) peſſimi quiq; maxĩe abũdant.*

*Non habentes.) Sic Paulus ait prima ad Corĩthios ſeptimo: Tẽpus breue eſt, reliquũ ẽ, ut q habent uxores, ſint tanquam non habẽtes: & q flẽt, tanquã non flentes, et q gaudẽt, tanquam nõ gaudẽtes: et q emũt, tanquam nõ poſſidentes: & qui utuntur hoc mũdo tanq̃ nõ utantur.*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pore cognationẽ habeant,
tñ quidam ſunt ex his craſ
ſiores, ut tactus, auditus, ui
ſus, olfactꝰ, guſtꝰ. Quidam
magis à corpore ſemoti, ue
luti memoria, ĩtellectꝰ, uo
luntas. Igitur ubi ſe intẽde
rit animꝰ, ibi ualet. Pñ, quo
niam om̃is animi uis ad ea
contendit, quæ ſunt à craſſi
oribus ſenſibꝰ alieniſſima,
in his uelut obbruteſcũt, at
ꝗ obſtupeſcũt. Cõtrà uul-
gus ĩ his plurimum ualet,
in illis quàmminimum. In
de eſt, quod audimus non-
nullis diuinis uiris accidiſ-
ſe, ut oleum uini loco bibe
rint. Rurſum in affectibus
animi quidam plus habent
cum pingui corpore com-
mercij, ueluti libido, cibi ſo
mniq; appetẽtia, iracũdia,
ſupbia, inuidia, cum his ir-

*tur. Quidam ſunt ex his.)* De *his uide in libris de anima. In-de ẽ quod.)* Hoc *accidit diuo* Ber*nardo.* Nam *cũ quodam tempo-re intẽtiſſime in diuinis ſcriptu-ris (ut ei mos e-rat) meditaretur ſitiensq;, cantha-rũ plenum olei, forte fortuna a-ſtantem uidiſſet, ex eo bibit, non ſentiens oleum eſ ſe.* Deĩ*de cũ qui-dã frater eũ ac-ceſſiſſet, rogaſſet q;, cur nã os (nã adhuc nonnihil olei ori mentoq; adhæſit) oleo ob-litum haberet, il liq; cũ iãdiu ad*

S. Bernardus oleum uini loco bibit.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*miratus eſſet, unde nam oleo inquinatus eſſet, tandem in mentem uenit, quod ex cantharo bibiſſet. Itaq; cum cantharum inſpexiſſet, uidit eum plenum eſſe non uini, ut putarat, ſed olei.* *Ad ſummam illam animi partē.)* *Hoc eſt ſpiritum. Nam Paulus & huius interpres Origenes, tres hominis ponūt partes: Summam, qua deo diuinisq; uirtutibus adhæremus, hancq; ſpiritū uocāt. Mediam, quæ ea quæ* ἀδιάφορα *uocant, ãplexatur, hancq; aīam uocāt. Tertiā brutā, illā q̄ uoluptates, & totā uitiorū ſentinā admittit, quam carnē uocant.*

recōciliabile bellū pijs, cōtrà, uulgꝰ ſine his uitam eſſe nō putat. Deiñ ſunt quidam affectus medij, quaſiq; naturales, ut amor patris, charitas in liberos, in parētes, in amicos. His uulgus nōnihil tribuit. At illi hos quoq; ſtudent ex animo reuellere, niſi q̄tenus ad ſummam illam animi partē aſſurgant, ut iam parentem ament, non tanquam parētem, quid enim ille genuit, niſi corpus? quanq̄ hoc ipſum deo parenti debetur, ſed tanquam uirum bonum, & ī quo luceat imago ſummæ illius mentis, quam unam ſummum bonum uocāt, & extra

*Mea*

quam

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quam nihil nec amandum, nec expeten dum eſſe ꝑdicant. Hac eadem regula reliqua item omnia uitæ officia metiunt̃, ut ubiq; id quod uiſibile eſt, ſi non eſt oĩno contemnendum, tamen longe minoris faciãt, quàm ea quæ uideri nequeũt. Aiunt autem & in ſacramẽtis, atq; ipſis pietatis officijs, corpus & ſpiritũ inueniri. Velut ĩ ieiunio non magni ducũt, ſi quis tãtum à carnibus cœnaq; abſtineat, id quod uulgus abſolutum eſſe ieiuniũ exiſtimat, niſi ſimul & affectibus aliquid adimat, ut min⁹ permittat iræ q̃ ſoleat, minus ſupbiæ; utq; ceu minus iam onuſtus mole corporea, ſpiritus ad cœleſtium bonorum guſtum fruitionemq; enitatur. Similiter & in ſynaxi, tametſi non eſt aſpernandum, inquiũt, quod ceremonijs geritur, tamen id per ſe aut parum eſt conducibile, aut etiam pernicioſum, niſi id quod eſt ſpiritale acceſſerit, nẽpe hoc quod ſignis illis uiſibilibus repræſentatur. Repræſentatur autẽ mors Chriſti, quam domitis, extĩctis, quaſiq;

*Etiã in ſacrament aliud ali ſanctius*

 ſepul

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſepultis corporis affectibus, exprimere mortales oportet, ut in nouitatem uitæ reſurgāt, utq; unum cum illo, unum itē inter ſeſe fieri queāt. Hæc igitur agit, hæc meditatur ille pius. Cōtrà, uulgus ſacrificium nihil aliud eſſe credit, quàm adeſſe altaribus, idq; proxime, audire uocū ſtrepitum, aliasq; id genus ceremoniolas ſpectare. Nec in his tātum, quæ duntaxat exēpli gratia ꝓpoſuimus, ſed ſimpliciter in omni uita refugit pius ab his, quæ corpori cognata ſunt, ad æterna, ad inuiſibilia, ad ſpiritalia rapitur. Proinde cum ſumma ſit īter hos & illos oīmibus de reb⁹ diſſenſio, fit ut utriq; alteris īſanire uideantur. Quanquam id uocabuli rectius in pios competit quàm in uulgus, mea qnidem ſententia. Qđ quidē magis perſpicuū fiet, ſi quemadmodum pollicita ſum, paucis demōſtraro, ſummum illud præmium nihil aliud eſſe, quā inſa

*Mea quidem ſentētia.) Feſtiuiter adiecit, Mea quidē ſententia, quaſi diceret, ſtultorū iudicio. Nā mea, ad ſtultitiæ perſonā refertur. Nihil aliud eſſe q̄.) Raptum*

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ptum & extaſim, inſaniam uocat, non ſimpliciter, ne de uulgari inſania intelligamus, ſed quodammodo, & idcirco addidit, quandam, ne quis (ut ſunt moroſi & φιλολοίδοροι quidam) anſam arrriperet calumniandi. Candidi lectoris eſt non uoculam aliquam aucupari quã calumnietur, ſed rem ipſam expendere. Quod ſi quis faciat, quid his rebus ſanctius dici potuit, aut magis pium?*

*Nunc*

ſaniam quandã. Primũ igitur exiſtimate Platonẽ tale quiddã iam tum ſomniaſſe, cum amãtium furorẽ omnium feliciſſimum eſſe ſcriberet. Etenim q uehementer amat, iam nõ in ſe uiuit, ſed in eo q̃d amat, q̃q; lõgius à ſeipſo digreditur & in illud demigrat, hoc magis ac magis gaudet. Atq; cum animus à corpore pegrinari meditat̃, neq; probe ſuis utit̃ organis, iſtud hauddubie furorem recte dixeris. Alioqui quid ſibi uult, quod uulgo etiam dicunt, Non eſt apud ſe, & ad te redi, & ſibi redditus eſt? Porrò quo amor eſt abſolutior, hoc furor eſt maior ac felicior. Ergo quænam futura eſt illa cœlitũ uita, ad quam piæ mentes tanto ſtudio ſuſpi-

*Furor Platonicus.*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſpirant? Nempe ſpiritus abſorbebit corpus, utpote uictor ac fortior. Idq́ꝫ hoc faciet facilius, partim ꝙ iam olim in uita corpus ad huiuſmodi transformationē repurgarit atqꝫ extenuarit. Deinde ſpiritus à mente illa ſumma mire abſorbebitur, quippe infinitis partibus potentiore. Ita ut iam totus homo extra ſe futurus ſit, nec alia ratione felix futurus, niſi quod extra ſeſe poſitus, patietur quiddā ineffabile à ſummo illo bono, oīa in ſe rapiente. Iam hæc felicitas quanq̄ tum demū perfecta contingit, cum animi receptis priſtinis corporibus immortalitate donabuntur, tamē quoniā piorum uita nihil aliud eſt, quàm illius uitæ meditatio, ac uelut umbra quædā, fit ut præmij q̄qꝫ illius aliquādo guſtum aut odorem aliquem ſentiant. Id tametſi minutiſſima quædam ſtillula eſt ad fontem illum æternæ felicitatis, tamen longe ſuperat uniuerſas corporis uoluptates, etiam ſi omnes omnium mortalium deliciæ in unum conferātur: Vſqꝫ adeo præſtant

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtant ſpiritalia corporalibus, inuiſibilia uiſibilibus. Hoc nimirum eſt quod pollicetur propheta: Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Atq; hæc eſt Mariæ pars, quæ nō aufertur commutatione uitæ, ſed perficit. Hoc igitur q̄bus ſentire licuit, cōtingit autem perpaucis, ij patiūtur q̄ddam dementiæ ſimillimum, loquuntur quædā non ſatis cohærentia, nec humano more, ſed dant ſine mente ſonū, deinde ſubinde totam oris ſpeciem uertunt. Nunc alacres, nunc deiecti, nunc lachrymāt, nūc rident, nūc ſuſpirāt: in ſumma, uere toti extra ſe ſunt. Mox ubi ad ſeſe redierint, negant ſe ſcire ubi fuerint, utrum ī corpore, an extra corpus: uigilantes, an dormientes: q̄d audierint, q̄d uiderint, q̄d dixerint, q̄d fecerīt, nō meminerunt, niſi tanq̄ per nebulam

*Nūc alacres, nūc deiecti) Hūc locū melius intelligit, q̄ legerit cōmētarios Origenis in Cātica Cāticorum, quomodo ſpōſa, nūc ſubducente ſe ſpōſo, nunc exhibēte et ſui copiā faciente, uarie afficitur*



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*tur. Item in uita ſanctæ Elizabetæ nonnihil habes, quod ad hunc faciat locum. Oblita mei.) Quod non conueniat ſtultitiam de rebus tam arcanis loqui. Facit autem idē in fine diſputationis, quod initio fecerat, ſentiēs rem alioq̄ prima fronte duriuſculā uideri poſſe. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ.) i. ultra limites ſalio. Prouerbiū eſt in eos qui digrediuntur à re propoſita, quod locus in quo curſu aut diſco exercebantur, certis limitibus circū ſcriberetur, quē admodū & hodie in luſu pilæ, extra quos q certaret, nihil ageret. Et ſtultitiam et mulierē) Duplici nomine danda uenia, & quod mulier ſit, cū ipſi ſexui peculiaris ſit loquacitas: et ſtultitia cui quiduis ſolet concedi. Græcanici ꝓuerbij.) πολλάκι τοι ϗ μωρὸς ἀνὴρ κα ταικαί·*

bulam ac ſomnium: tantū hoc ſciūt, ſe feliciſſimos fuiſſe dum ita deſiperent. Ita ꝗ plorant ſeſe reſipuiſſe, níhilq́ꝫ omniū malint, q̄ hoc inſaniæ genus perpetuò inſanire. Atqꝫ hæc eſt futuræ felicitatis tenuis quædā deguſtatiuncula. Ver℞ ego iamdudum oblita mei ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ. Quanq̄ ſi qd petulātius aut loquacius à me dictum uidebit, cogitate & ſtultitiā & mulierem dixiſſe. Sed interim tn̄ memineritis illius Græcanici prouerbij, πολλάκι τοι

καὶ

τακαίριον εἶπεν. *Verſus hexameter citatus apud A. Gellium, ſed aliquanto ſecus. Verum ad hunc modum ex antiquis uoluminibus reſtituit* Eraſmus *ĩ Chiliadibus ſuis. Senſus eſt, Sæpe etiam & ſtultus uir opportune dixit. Innuit autem, quanquam ſtultitia dixerit hæc, haud tamen ob id negligenda, quod à ſtultis quoq; nõnunquã dicatur ad rem pertinens.* Ad mulieres nihil.) *Quia Græcus uerſus habet, ſtultus uir.* Video uos epilogũ) *Apte prætexit obliuionem in epilogo, qui conſtat repetitione eorum quæ dicta ſunt, quod niſi à memore fieri nequit.* Verborum farraginem) *Alluſit ad illud* Iuuenalis: *Noſtri eſt farrago libelli. Eſt enim farrago ſacrificij genus ex uarijs confectũ leguminibus.* Vetus illud.) μισῶ μνάμονα συμπόται. i. *Odi memorem compotorẽ. Eſt apud* Martialẽ, *& refertur apud* Plutarchum *in quæſtionibus cõuiualibus. Explicatur accuratius ĩ* Chiliadibus Eraſmi. Nouum hoc.) *Nam illud uetus, hoc* Moriæ *nouũ. Tacite alluſit ad ſtultos*

καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν, niſi forte putatis hoc ad mulieres nihil attinere. Video uos epilogum expectare, ſed nimiũ deſipitis, ſi qdẽ arbitramini me qd dixerim etiamdum meminiſſe, cum tantam uerborũ farraginem effuderim. Vetus illud, μισῶ μνάμονα συμπόταν: Nouũ hoc, μισῶ μνάμονα.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tos auditores, qui è concionibus nihil ſecum referunt domum, adeo, ut ſæpenumero audias eos dicentes: Quàm belle concionatus eſt? ac mox rogati quid dictum ſit, nihil habent quod afferant. Valete, plaudite.) His uerbis utebatur recitator fabulæ, diſceſſurus è proſcenio. De ſuo addidit, Viuite, bibite. Et uiuere proprie eſt genialiter uiuere. Myſtæ.) Sunt qui dei cuiuſpiam ſacris ſunt initiati.·.

Finis.·.

μονα ἀκροατῶν. quare ualete, plaudite, uiuite, bibite, moriæ celeberrimi myſtæ.·.

τέλος.

# INDEX RERVM AC uocum quæ hiſce commentarijs explicantur.


A

ABraxas 241
Abraxaſii ibid.
Academici 164.
Acipenſer 167.
Accipere 8.
Acies 274.
Actores fabularum 92.
Aconitum 236.
Ad amuſſim 99.
Ad farinas 15.
Ad myrtum canere 62.
Aegis Iouis. 38.
Aeneum ſtare 86.
Aethiopẽ dealbare 23.
Aes Dodonæum 201
Aediles 155.
Affectus qui πάθη 97.
Africa 290.
ἀγκυλομῆτις 52.


(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Albis quadrigis 171
Alpha 37.290.
Aliena frui inſania 88.
Aleatorū inter ſe fides 141
ἀλαοσκοπιή 264
ἀλαός ibidē.
Amantes 181.
Amphion 80
Amuſſis. 99 Amuſa 5
Amor cæcus 66.
Amaricinum 189
ἄνοια 36.
Aniani apologus 126.
Anathemata 150.
Antrum Trophonij 19.
Antagoniſta 199
Antiquitatis ſtudium 290
Anagyris.206 Apelles 167
ἀπαιδία 35.
Apologus de uentre & aliis membris 81.
Apologus de equo & ceruo 82.83.
Apollinis epitheta 173.
ἀπρόσωπον 191.
Apum laus 117.
Aqualiculus.238.Agla.309
Arenam metiri 103.
ἄῤῥητον 247.
Archilochus 73.
Argus paſtor 66
Arridere 158
Artemiſiū.176.Argos.179
ἁρμοσαί 262.
Artiū reptrix ſtultitia.87.
Aſini ı̄ leonis exuuio 27.
Aſinus ad lyrā 78.253.292
Aſphodelus 34.
Aſtrologi prognoſtæ 15.
Aſinus Cumanus 188.
ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα.33
Ate 54. Atellanæ.56.
Atticus 134.
Aut bibe, aut abi 96.
Aureus ramus 186
Audaciſſimi q̄ ſtupidiſſ. 73

B

Bacchi epitheta 171.
Bacchi laudes ibi.
Bacchi cultus 51.
Bacchus bis natus 52.
βασιλικῶς 298.
βατραχομυομαχία 9.
Barbari 160.


(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Babylonas capere 190.
Baſilides hæreticus 228
Beatæ aniculæ 182.
Belis ſabula 244.
βελλεροϕόντης 173
Bernardus 323.
Bernardi ſeptẽ uerſus. 148.
Blitei, bliton 122.
Bonæ leges ex malis mori-
Bonorũ mare 266. (bꝰ. 112
Bonis auibus 285.
Bona triplicia 321.
Bouinari 180.
Brabãti. 48. Britãni. 159
Brutus. 307. Buſiris 9.
Bubſequa 190

C

CAlculũ addere. 286.
Capulares 32. 106.
Capulus 44. 106.
Caſcus caſcam 67.
Cato Cenſorius 76.
Cato Vticenſis 77.
Candidati 86.
Catullire 107
Camarina 205.
Carthuſienſes 275
Cæcior talpa 246.
Calliſthenes 165.
Ceratini ſyllogiſmi 64.
Centones 12.
Creſphygeta 208.
Cenſores 225.
Ceruus 309.
Ceroma 59.
Chaos 30.
Character theologorũ. 217
Chaldæi 113.
Chiron 103.
Chiragra 141.
Choragus 93.
Chriſtophorus Polyphe-
mus alter 143
Chriſti præceptum 238.
Chimæra 252.
Chriſti doctrina 238
Chryſippus 220.
Circe uenefica 49.
Cicuta herba 74.
Ciceronis filius 78.
Cilicina ueſtis 235.
Clauis ſcientiæ 217.
Clepſydræ 146
Cluniacenſes 234.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Columba 308.
Cometes 256.
Commentatio 6.
Comus.56. Cordax.56.
Corycæus 57.
Congiarium 86.
Condonationes 145
Cœlū terræ miſcere 174.
Colludere 185.
Corollaria 207.
Comœdus 243.
Comicus ibi.
Copijſtæ 266.
Conuerrere 258.
Cornicum oculos configere
Crabro.243. (290.
Crocodilites 65.
Crœſus 136.
Cuſpis 274.
Cuculus 68
Curruca ibidem.
Cyprus 178.

D

Dama 95.
Dæmones 112.
Democritus 7.174.
De lana caprina 202
Declamare 166.
Delus inſula 55.
Demoſthenes 75
Decij duo 86.
Δειλοὶ βροτοὶ 120.
Δειλία ibid.
Decoquere 182.
Decem dei nomina 230.
Decorum.16. Diſpereā.6.
Dij ſelecti
Dialectici 201.
Δὶς διὰ πασῶν 25.
Diogenes Cynicus 105.
Dionyſius 189.
Diræ ultrices 135.
Dijs permittere 258.
Didymus grammatic.304
Dogmata 59.
Domitianus 94.
Dormiētis rete cepit 278.
Δωτῆρες ἐάων 26.
Duæ hoim linguæ 125
Duo uitia ī amicitia 162.

E

Eκατηβόλος 175.
Educere 300.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ἐξαγωγή 288.
Elleborum 135.
Elyſium 128
Emblemata 28.
Empyreum cœlum 228.
Encomium 5.
ἐγκωμιάζειν 5.
Ennij ſomnium 191.
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι 33
ἐν φιλότητι μιχθείς 32
Epiſcopus 262.
ἐπιψιφίζειν. 286.
ἐπιμαχία 297.
Epilogus 331.
ἔφοδος 250
Equus Seianus 278.
Eros à fortitudine 134.
ἐς κόρακας 284.
εὐτυχής 278
Exotica 28.
Excommunicati 268
Ex muſca elephantem facere.24.

F

Fabuloſus 166.
Facile agere 54.
Factum ſtultus nouit 90
Farrago 331.
Fauorinus 9.
Fauonij uenti 20
Febris delubrum 174
Ferox 300.
Ficulnus 55.284.
Fiſcus.258. (181.
Flere ad nouercæ tumulũ
Franciſcus Picus 201
Fritillus 142.
Furor quadruplex 132.

G

Gallus Luciani.284.
Galericulum 105
γελωτοποιός 55.
γέρων 106.
Georgius alter Hercules
Glorioſus.292. (144.
Gracchi 78.
Grammaticorũ diræ 186.
Grũnius Corocotta 11.
Gryllus 11.
γυμνοπόδιον 56.

H

Harpocrates 56.
Hæredipetæ 182
Hæretici 303
Hercules 172.191.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Hermogenes 157.
Hirudo bilinguis 27.
Hippolytus 145
Hieronym. πεντάγλωττος
Hollandi. 49. (295.
Horatianus Priapus. 284.
Homerus 120.
Hymnus 5.
Hyſtrix 283.

I

IActa ſit alea 279.
Icaromenippus 180.
Ideæ Platonis 98.
ἡδονή 36.
Ieſus Hebraice 247
Ignem aquæ miſcere 88.
Illoto ore 223.
Illuminatus theologus. 210.
Imagines in templis 177.
Indulgentiæ 145.
In confeſſo eſt 97.
In ſententiã ire 304.
Inſanus 132.
Inſtantia 212.
In foribus hydria 288.
Iouis epitheta 35.36
Ἡράκλειτος 253.191.
Iſocrates 75.
Iudæi 160.
Iuuenari 105.
Iureconſulti 200. 115.

K

ΚΑπξοῦν 107
καὶ ταῦτα δὴ μετὰ ταῦτα 29.
κολακεία 36.54.16.193
κρησφύγετον 208.
κῶμος 36.

L

LAbyrinthi 205.214
Lampſacũ 179.
Laruæ 142.
Latrunculi 11.
Lælius 195.
Latifundia 116.
Latum digitum 256
Leges 112.
Leges conuiuales 96.
Leguleij 115.
Lerna malorum 148.
λεοντῆ 317.
λεπτολεσχία 212.
λεπτολόγοι ibid.



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Lethargus 239.
Literarum inuentor 111.
λῆρος, λείριον 46.
λήθη 36.
λογομαχία 220.
Logodædali 110.
Lucianus Samoſatẽſis 8.
Lupus in fabula 79
Lucretij ſententia 40.
Lupata 118.
Luciani philopſeudes.142.
Lucilius 295.
Lymphatus 95.
Lycurgi commentũ 82.
Lynceus 99.215.

M

MArcus Anton.77
Magi 198.
Malea 141.
Mandare laqueum 101
Manticulator 190.
Mantica in tergo 66.
Materiæ ἄδοξοι 10.
Medea 49.
Medicina 114.
Medicorũ filij 295.
Megarenſes 72.
μεταλλορξοῦντες
Melle perungere 108.
Menenius Agrippa 81.
Metamorphoſes 44.
Methe ſeu μέθη 35.
μικρολογεῖν 201.
Midas 21.
μηδὲν ὑγιές 52.
Mileſiæ uirgines 103
Militũ ſpes Barbara 144
Minos rex 84.
Miſera prudentia 89.
μισοπονία 36.
μνημόσυνον 8.
μοχθηρός 120
Mola 175.
Moly herba 34.
Momus deus 54
Monachi 231
Monachi inuiſi 232.
μῶρα μῶρος λέγει 125
Mordicus.9. Moria.5.
μωρόσοφοι 27
Mortalium epitheta 120
Morycho ſtultior 51
Mouere Camarinam.205.
Mulotribæ 266.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Mutuũ muli ſcabũt 164.
Mycillus 169
Myrias 238.
Myſtæ 29.177.

N

Νεανίζειν 105.
Νεανίας ibid.
Negotiatores 185.
Nemeſis 276.
Νεφεληγερέτης 38
Νεότης 31.
Nepenthes 18.
Neq; cœlũ neq; terram attingens 251.
Nero Senecã ſuſtulit 307
Neſtor 71.104.
Neſtorea ſenecta 104.
Νήγρετος ὕπνος 36.
Nigrum in candida uertere 126.
Nihil aliud q̃ 53.
Νήπιος 282.
Νὴ τὸν Δία 291.
Nihil aduerſum 281
Niobe 248.
Nireus 71.156.
Noctua uolat 278.
Nominales 114.
Numa Pompilius 84.

O

Obeſæ naris
ὀβριμοπάτρης 37.
Odi memorem compotorem 131.
ὀικόσιτοι 31
Οἶον 257.
Olympus 179.
Olympia ibi.
Omniũ horarũ 7.
Orbus 182.
Orpheus 80.
Ouis mores 310

P

Paean Apollo 173.
παιδοπίζειν 38.
Pallas 6.31.
παλίμπαιδες 44.
παλινῳδεῖν 226.
Palinodia 206.
Panace 34.
Panici tumultus 52.
Philopſeudes Luciani .142



(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Pan deus 52.56.
Panegyricus Eraſmi 163.
Pap**æ** 265.
παῤῥησία 154
παῤῥησιάσεσθαι ibi.
παροιμιάζεσθαι 278.
Patronus 16.
Peta Venus 65.
Pedib. ire in ſententiã. 304
πένθος 19.
Pẽthemimeres 248.
Penelope 137
Peregrini 185.
Perſius 195.
Perſona 92
Peripatetici 183.
Perſarum reges 193.
Pecuniæ contemptus 235.
Petus 65
Per manus tradere 243
Pelles pro tentorijs 301.
Phaon 49.71.107.
Phalaris 189.
Phalariſmus ibi.
Philoſophia 318.
Philoxenus 41.
φιλομμειδὴς Venus 53.
Philotheſiæ 62.
φιλαυτία 13.35.193.
φιλοπονία 36.
Phœbus 178
Pinguiore Minerua 92.
Plagiarij. 197. Plagiũ ibi.
Plato. 307. Plutus. 30.
πρέπον 16.
Porci Acarnanij 48.
Polypus morbus 64.
Populus belua 85.
Pomerium 116.
Polyphemus 143
πολυμῆτις Vlyſſes 120.
Polycrates 9.
Poetæ liberi 193.
Præcox 45.
Priapus Horatianus 284
πρὸς τὰ ἄλφιτα 14
Prometheus 104.
Procœmium 244.
φροντιστήριον 188.
φρόντισον ibidẽ.
Propitius 206.
Primum mobile 228.
Puppis & prora 63
Pupus. pupa 67.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Putere 69.
Putidus 159.
Pyrgus 142.
Pythagoræ quaternio 39
Pythagoras 184

Q

QVAE timidos red- dant.89. (45.
Quæſtuarij notãtur 270.
Quarta luna nati 278.
Quintus Curtius 86.
Quod genus 257.

R

RAtio in cerebro.58.
ῥᾷον ἄγειν 54.
ῥαψῳδία 12.
Reales ſophiſtæ 214.
Referre in deos 87.
Repotia 261.
Reuerendiſſimi 265
Rex in conuiuio 62.
Rhamnuſia 276.
Rhetores 22.195.
Rhetorica ad Herẽni.194.
Rhodus 178.
Riſus ſtultorum eſt 53

S

SAles 14
Saturnius 175.
Satyra 8.
Scandalum 226.
Sciurus 161.
Scotidæ 216.
Seneca 307.
Seculũ 146.
Seipſum canere 22.
Semuncia ad aſſem 57.
Senum epitheta 105.
Senes ĩpotentius amãt.106
Senectus moleſta 45
Sertorij commentum 82.
Sileni Alcibiadis 91.
Silicernia 106.
Simiæ in purpura 26.
Siſyphus 200.
σκηπτοῦχος 172
Similes habent labra lactucas 158.
Socratis uxor 87
Socratis dogmata 85.
Socratis dictũ 113.164.
Sõni epithetũ 36.196
Sophiſtæ q̃ oli ſophi 21.
Sordidus 185.




(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Sorites ſyllogiſmus 64.
Specus Platonicus 320.
Sponſi Penelopes 260
Stentor 202.
Strabo 64.
Strychnũ herba 90.
Spongia 119.
Steſichorus 226.
Stoicorũ paradoxa 100
Stoicæ ranæ 130.
Stoicidæ 216.
Stultitia ex diuitijs 31.
Stultus ſtulta loqtur 125.
Stultitia reptrix artiũ. 87.
Stultitia initiũ uitæ uidetur 37.
Suppoſitare 211.
Suſcipere qd 8.
συμμαχεῖν 296
συμμαχία 297.
συμπεριφοραί 61.
Symphoniſci 136
Synaxis 210.
Syneſius 10.

T

Tantali horti 99.
Τὰ ὦτα κινῶσι 38.
Tantũ non 145.
Tela Penelopes 222.
Tenedia bipennis 209.
Tenedius patronus 303
Tetragrãmaton 230.
Terrã ore momordit 118.
Themiſtocles 81.
Theologi neoterici 296.
Therſites 10. 71.
Theophraſtus 75.
θεομαχεῖν 121.
θεολογώτατος 246
Theutus 110.
Thomas Morus 6.
Tiberius Cæſar 7.
Timotheus felix 277.
Timõ μισάνθρωπος 180
Tireſias 203
Titanes 38.
τί ἔπαθε 303.
Tragemata 62.
τρυφή 36.
τετρανελος 56.
Trias 245.
Triens 170.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Tres linguæ 291.
Tres hoīs partes 524.
Trabem ſuſpendio quærere (108.
Turcæ.160.

V

Væ particula 173.
Veioues 173.
Ventriculus 181.
Venus rerū origo 40.
Venandi ſtudiū 138.
Veneris epitheta 53.
Veneres duæ 131.
Veteres theologi 209.
Verus diuorū cultus.154.
Vetus comœdia 8.
Verſura 181.
Vitilitigatores 8.
Viuere 63.130.332.
Vietus 107.
Vidula 301.
Vita humana 94.
Vltra fuſum 104.
Vltra ſepta 330.
Vlyſſes 120
Vox λεξιόδοσα 46.
Vocabula theologorū.115.
Vſq; ad rauim 58.
Vti foro 95.
Vulcanus deorū morio.55
Vulcania uincula 208.
Vulcani ſecuris 229.

X

Xenocrates 103.

Z

Zeuſis 167.
Zelus 270

Numero.202.in commentario uerſu.16.lege Ilia.quinto.
Paginarum numerus corrigatur ex præcedenti.

Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum,
ære & impenſa M. Godefridi Hit
torpij ciuis Agrippinenſis,
anno Chriſti nati M.
D.XXVI.ſe
ptimo Calendas Auguſti.

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(c) Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)



(c) Biblioteca Valenc